210.2
V239

CONSPECTUS THESIUM
THEOLOGIAE FUNDAMENTALIS

EDITIO
SECUNDA

LOCO TEXTUS MANUSCRIPTI



VALKENBURG 1928 COLLEGIUM ST. IGNATII

16953

Corrigenda

pag.	lin.	
36	3	utriusque libri
39		TYPI
		3)Thecria "duorum fontium"



46	15/16	...martyr occubuit...
49	12	praecedenti
59	9	filium
	10	ceteros
69	8	quae aperte
72	26	procerum
75	10	tractatus
	18	theocratia
84	10	tractatum
85	5s	Ecclesia, ...assistentia ..positiva.. praeservans
	8	doctrina
86	11	vocis
87	17	potestas sanctificativa
92	5	rata
99	25	Hegesippum
102	14	addatur: obtinet.
103	13	absoluta
106	8	magisterium
107	12	Actus

Abbreviationes

P = Ch. Pesch, Praelectiones dogmaticae I

Cp = Ch. Pesch, Compendium theol. dogmaticae I

Intr. = Cornely - Merk, Introductionis in S. Scripturae libros Compendium (Paris 1927).

Rev. = De revelatione christiana

De Eccl. = De Ecclesia I II (Freiburg 1925).

D = Denzinger - Bannwart - Umberg, Enchiridion symbolorum et definitionum.

K = Kirch, Enchiridion fontium historiae eccl. antiquae. Ed. 3ss.

R. = Rouët de Journel, Enchiridion patristicum. Ed. 4/5.

Libri N.T.: Mt Mc L J / A / R 1C 2C G E Ph C 1Th 2Th 1T 2T Tt Phm Hb / Ja 1P 2P 1J 2J 3J Jud / Ap

C O N S P E C T U S

t h e s i u m

T H E O L O G I A E F U N D A M E N T A L I S

I n t r o d u c t i o

A. in Theologiam in communi

I. Quid sit Theologia.

1) Sensus vocis etymologicus, historicus, technicus. Obiectum Theologiae. Rev n.3ss; P.n.1-7; Cp n.1.
2) Divisiones. Rev n.29ss; P. 20-29.Cp.n.5-7;
3) Synopsis variorum systematum, imprimis Summae theologicae St Thomae P.30s. Cp n.8 Rev n.24-28;

II. Qualis sit eius habitudo

1) ad fidem,ratione obiecti, motivi, certitudinis, evolutionis. Rev n.7ss; P.15. Cp n.4;
2) ad scientiam
   a) in genere: Num Theologia sit scientia. Rev n.15ss; P. 8-10.
   b) in specie: De libertate theologiae. Rev n.20ss; De condicione et dignitate theo-

logiae. Rev n.13; P.12-14; 17-19;
3) Ad Ecclesiam. Rev n.14.

III. De historia Theologiae.

1) Vera evolutio, subiectiva et obiectiva, est possibilis.
2) Haec evolutio est obiectum historiae Theologiae. Eius bibliographia et conspectus. P. n.32-55; Cp n.11-25.
   a) Aetate patristica: primordia, prima efflorescentia Theologiae.
   b) Aetate media: Theologia scholastica. - Tempus transitus et praeparationis - scholasticae anterioris - florentis: vita, opera, condicio St Thomae - declivitatis.
   c) Aetate posttridentina. Tempus praeparationis - efflorescentiae - declivitatis.
   d) Restauratio a medio fere saeculo XIX. Opera theologica recèntiora.

B. <u>in Theologiam fundamentalem.</u>

Quid sit Theologia fundamentalis

1) Definitio. Explicatio. Nomina diversa huius disciplinae. Rev n.34ss; P. n.69;Cp n.27
2) Divisiones, Methodus, Synopsis. Rev n.38ss; P. n.68; Cp n.28.

II. Qualis sit eius relatio

1) ad Theologiam dogmaticam, ex definitione et nomine. Rev n.62s;
2) ad apologiam et apologeticam, ex fine et indole; Rev n.39ss;
3) ad philosophiam et historiam, ex methodo; Rev n.55ss; 72ss. Ex quibus sequitur indoles scientifica et necessitas Theologiae fundamentalis.
4) Ad Ecclesiam: quae est norma negativa et positiva regulativa, non constitutiva; Rev 44; 64.

III. De historia Theologiae fundamentalis ut disciplinae theologicae. Rev n.76ss; P. n.71;

1) Tempus praeparationis et evolutionis (usque fere saeculum XVIII medium). Auxilia a philosophia graeca et hellenistica et ab apologetica iudaica
   a) Apologia primae christianitatis; Apologetarum et Patrum Ecclesiae. Rev n.77ss.
   b) Apologia mediae aetatis. Opus principale: Summa contra gentiles St Thomae. Rev n. 79-81.
   c) Apologia temporis reformationis et posttridentini. Controversiae B.Bellarmini. Rev n.82ss.

2) Theologia fundamentalis ut propria disciplina theologica. Rev n.90ss.
   a) Methodus traditionalis seu classica
   b) "Nova apologetica".Rev n.94ss;P.n.69; Cp n.29s.

Documenta Ecclesiae: Rev n.110ss.

T r a c t a t u s p r i m u s:

De revelatione in genere.

Religio christiana est religio revelata; hinc agendum in tractatu quodem praevio de conceptu
1) religionis
2) revelationis.

C a p u t I.

De religione.

De religionis conceptu et necessitate. Rev n. 120ss; Cp n.31s.

T h e s i s 1. Religio cuius actus essentiales sunt voluntatis et intellectus, connaturales facultatum inferiorum, est homini ut tali necessaria, ita quidem ut haec necessitas includat obligationem inquirendi et amplectendi religionem positivam, si qua a Deo fuerit revelata et praescripta. De Rev n.162ss; Cp n.40ss.

St.Qu. Explicanda: Religionis vox, notio historica (formae: Animismus. Magismus, Manismus, Polytheismus, Monolatria, Henotheismus, Monotheismus, Totemismus); - metaphysica (essentia, divisio: subiectiva/obiectiva, naturalis/supernaturalis s. positiva;actus: devotio, adoratio, sacrificium,

oratio); - Psychologica (actus voluntatis, intellectus, facultatum inferiorum).

Actus essentiales sunt voluntatis (formales et proprii) et intellectus (praecedentes et concomitantes); non=essentiales, sed connaturales sec. quid sunt vel interni (facultatum sensitivarum) vel externi.

Necessitas dist. obiectiva et subiectiva, naturalis (absoluta), positiva (condicionata).

Sententiae: Individualismus (Luther), voluntarismus (Kant), subiectivismus: sensismus (Schleiermacher), theoria valoris (Ritschl), psychologismus (James), irrationalismus (Otto): cf. modernismus.

I. De actibus religionis.

1) Actus religionis proprie et formaliter essentiales sunt voluntatis, ex notione cultus.

2) Actus intellectus est fundamentaliter essentialis, quia cognosci debent obiectum, motivum, modus cultus. Confirmatio ex psychologia experimentali.

3) Facultatum inferiorum actus sunt connaturales, ex essentia religionis, naturae humanae.

II. De necessitate religionis.

1) In genere: Ex excellentia Dei infinita. Confirmatio historica.

2) In suppositione religionis supernaturalis, ex consideratione Dei revelantis, hominis subiecti. Officia: inquirendi si motiva vere probabilia adsint, amplecti si obligatio homini inquirenti imposita certo constet.

C a p u t II.

D e r e v e l a t i o n e.

A. De notione et possibilitate.

T h e s i s 2. Revelatio et immediata et mediata physice possibilis est. Rev n.228ss; P. n.150ss; Cp n.61ss.

St. Qu. Revelatio si vocis, historice, technice, (Locutio Dei attestans), Locutio (proprie dicta, variis modis), Dei (praeternaturalis), attestans (auctoritatis, non solum docens). - Divisio: immediata/mediata; publica/privata. - Distinctio: a revelatione naturali, gratia, inspiratione, infallibilitate. Falsae notiones.

Possibilitas (quid?)

(interna — (Dei (causae efficientis; termini a quo) obiecti: veritatis)
(physica ex parte
(externa(— (hominis (causae suscipientis; termini ad quem)
(— Dei (nulla repugnantia
(moralis ex parte (obiecti (hominis.) i.e. (convenientia.

I. De revelatione immediata.

A r g.: 1) Ex parte Dei tamquam causae efficientis, et quidem revelatio ut influxus praeternaturalis, ut locutio divina est possibilis.
2) Ex parte hominis tamquam causae susci-

pientis revelationem ut influxum divinum, qui est in genere cognitionis, quam anima cooperatione accipit.

3) Ex parte modi (varii) et obiecti, quod est imprimis veritas religiosa.

Conspectus argumenti secundum quatuor causas.

II. De revelatione mediata.

A r g.: Revelatio mediata fit traditione, quae est possibilis ex parte Dei veritatem communicantis; ex parte hominum qui recipiunt et tradunt veritatem acceptam; ex parte obiecti (veritatis religiosae); imo summa habetur convenientia.

Confirmatio ex consensu generis humani.

T h e s i s 3. Revelatio moraliter possibilis est. Rev Ass.3 n.259ss; P n.169ss; Cp n.74ss.

St.Qu.: Possibilitas moralis. / Unde dignoscatur./ Revelatio immediata et mediata.

A r g.:1) Negative: Nulla imperfectio

a) in Deo (actum
b) in homine, quoad (
(obiectum

2) Positive: Multa bona

a) quoad Deum: eius manifestatio et gloria.
b) quoad hominem: perficiuntur eius intellectus(novis vel nove cognitis veritatibus), voluntas (novis motivis agendi), tota vita religiosa et moralis.

T h e s i s 4. Nequit demonstrari mysteriorum revelationem repugnare. Rev n.277ss; P n.160ss; Cp n.69ss.

St.Qu.: Mysteria sec. etymum, historiam; theologice: Veritas religiosa abscondita, quae etiam post revelationem non interne perspicitur.
Divisio:
mysteria(per accidens, (ratione modi(conceptu analogo)
(per se,sec.quid((ratione exsistentiae
((humano
(simpliciter,pro intellectu(
(omni creato.

Criterium mysterii.
Sensus thesis: negativus. Adversarii.

I. Nequit ostendi non posse esse mysteria.

A r g.: Ex imperfectione intellectus humani, qui Deum intellegit modo analogo (ratione obiecti, quia Deus est ens a se; ratione status: obiectum proportionatum intellectus in statu coniunctionis cum corpore est quidditas rei materialis), et partiali (ex effectibus).

Confirmatio: ex gradibus cognitionis creatae (Rev n.302s).

II. Nequit ostendi mysteria, si sint, revelari non posse.

A r g.: Ex notione mysterii, cuius exsistentia neque vero essentia interna cognoscitur. Revelatione innotescit nexus inter subiectum et praedicatum.

B. De necessitate revelationis.(Rev n.315ss).

T h e s i s 5.: Revelatio veritatum etiam naturaliter cognoscibilium in praesenti generis humani condicione est sec. quid moraliter necessaria. Rev n.317ss; P n.170ss; Cp n.74ss.

St. Qu.: Necessitas physica/moralis, eaque stricte/late dicta. Alia quoad veritates ordinis naturalis, alia in suppositione finis supernaturalis, liberis actibus appentendi.

Necessitas moralis sec. quid, restricta a parte hominis (si omnes homines/omnes veritates/omni perfectione (facile et certe) debent cognoscere, ex parte Dei (si Deus hoc vult neque aliter providet).

Condicio et finis thesis. Viae demonstrationis: philosophica et historica.

A r g.: 1. Via philosophica: rationes (S.Thomae, Summa c. Gent. I 4); valor.
2. Via historica: Lex generalis depravationis religionis, quae constat:
1) generaliter (Thes. de religione)
2) quoad culturam maximam, graeco-romanam (Sap. 13; Rom. 1), in qua errores pessimi religiosi et morales, iique insanabiles (deficiente religione, philosophia, republica). - Discussio facti: deerat non facultas physica, sed moralis sec. quid.
3) in populo Israel non obstante revelatione eadem lex; cui Deus occurrit novis revelationibus. Cf. charisma infallibilitatis in Ecclesia.

C. De dignoscibilitate revelationis. (Rev 357ss

Finis et scopus huius inquisitionis. Conceptus criterii. Criterium est medium logicum (signum) ad cognoscendam aliquam rem eamque ab aliis distinguendam. - Dividitur in: criterium
(falsitatis (rem non esse eam quae quaeritur)
(veritatis, et quidem
(negativum(nil obstare:ostendit possibilitatem)
(positivum(ostendit veritatem seu exsistentiam)
objectivum (ex parte obiecti:veritatis inquirendae)
(internum (veritati inquirendae)
(externum (eidem)
(subiectivum (ex parte subiecti dignoscentis)

(obiectivo-subiectivum: effectus veritatis
(in homine dignoscente)
(mere subiectivum (indoles, tendentiae,
exigentiae hominis dignoscentis).

Sub aliis respectibus distinguuntur:

1. primaria (plene sufficientia) et secundaria seu auxiliaria;
2. certa, probabilia, opinativa, indicialia, suasiva etc;
3. intellectualia, sensibilia, prout immediate intellectui vel mediantibus sensibus innotescunt.

T h e s i s 6: Factum revelationis criteriis obiective certis et externis (testimoniis) constare debet. Rev n.382ss.

St. Qu.: Sensus et scopus thesis: positivus. Conceptus: revelatio/factum/ (historicum, divinum, religiosum)/criteria obiective certa et externa/testimonia/demonstrari/debet. - Adversarii.

A r g.: Ex natura revelationis ut facto historico-divino-religioso. Hinc criteria debent
esse scientifice certa (factum historicum)
religiose certa (revelatio Dei, religio)
debent esse obiectiva (historica) et publica (universalia)
debent esse externa (agitur de probandis factis).

T h e s i s 7: Criteria interna et subiectiva habent quidem suum valorem, sed non sunt criteria primaria; methodus immanentiae reicienda est. Rev n.395; Cp n.29s 79.

St. Qu.: Thesis negativa, complens praecedentem.
Sensus: negatur sufficientia horum criteriorum, non omnis eorum efficacia.
Sententiae variae earumque fautores.

A r g.: I. Habent suum valorem: auxiliarem, confirmatorium, indiciarium, suasivum; imo practice permagnum, cum alii aliis viis ad veritatem agnoscendam perveniant.

II. Non sunt sufficientia. - Ratio utrique generi criteriorum communis est quod
1) revelatio ut factum historicum nullum nexum habeat cum criteriis istis;
2) criteria haec natura sua sint indeterminata et variabilia. Unde

Non sufficiunt interna: nam agitur de facto historico, testimoniis probanda (externis) iisque certis.

Non sufficiunt subiectiva: quae nequeunt probare factum historicum ut certum.
Quid de singulis sententiis, de apologetica "moderna", de "methodo immanentiae".

T h e s i s 8. Unicum criterium sufficiens est externum: miraculum, imprimis physicum et vaticinium; de miraculis aliis intellectualibus et moralibus difficilius constat. Rev n. 430ss; P n.187ss; Cp n.80ss.

St. Qu.: Sensus thesis: positivus, determinans criterium. Conceptus: Revelatio/criterium (formale et virtuale)/sufficiens/unicum/miraculum (definitio, divisio, possibilitas, cognoscibilitas, veritas historica, philosphica, theologica) relativa: nexus inter revelationem (locutionem Dei formalem) et miraculum (testimonium virtuale.

A r g.: Revelatio ut factum historico-divinum, requirit testimonium divinum, quod est miraculum ut factum praeternaturale divinum et quidem unice. Argumentum valet de miraculis physicis (per se sensibilibus) et vaticiniis (rei liberae futurae praedictio univoca et certa). Alia non tam certe et facile ut miracula cognosci et constare possunt; quid de eorum valore dici debeat.

T r a c t a t u s s e c u n d u s.

De revelatione Veteris Testamenti.

Ratio tractatus: Religio israelitica (V.T.) est revelata atque ex voluntate Dei intime cum christiana coniuncta.

A. De fontibus revelationis V.T.

T h e s i s 1. De canone V.T. Intr. n.13ss.

T h e s i s 2. De textu originario V.T. eiusque valore critico. Intr. n.49ss.

T h e s i s 3. De versione graeca alexandrina V.T. eiusque valore. Intr. n.76ss.

B. De revelatione V.T.

Probanda est indoles supernaturalis religionis V.T.

T h e s i s 4. Religio Veteris Testamenti naturalibus causis adscribi nequit, sed requirit interventum divinum immediatum, qui secundum fontes fuit revelatio.

I. Adest tempore prophetarum et antea monotheismus verus in Israel.

St. Qu.: Quis sit monotheismus, quaenam aliae formae religionis, inferiores: polytheismus, polydaemonismus (cf th. de religione). Monotheismus intellegitur in Israel de facto vigens, religio publica (legitima), non popularis (forte depravata et ut talis agnita).

A r g.: Duplex consideratio: Aliorum populorum dii sunt nihila (elilîm); Jahve est Deus universalis foedere speciali cum Israel coniunctus, a quo tamen Israel defecit.
Is 2,8.18.20; 31,7;/6,3; 10; 19; 23; 28,12;/17,10; 31,6s.
Am 1,3.6.9. 11ss; 6,14;/4,7. 13; 5,8; 9,5;/2,4:
Os 13,2ss/2,21; 13,4;/1,2
(JE) Gn 12,3; 15,14; 18,25; 24,3; Ex 20,1; Jdc 5,20; 3Rg 18,1; 22,19; 4Rg 2;

II. Qui attribui nequit causis naturalibus, sed unice supernaturali: interventui Dei immediato (revelationi).

St. Qu.: Proxime probatur interventus Dei immediatus; ulterius admittitur illa explicatio, quam tradunt fontes: revelatio. Variae sententiae.

A r g.: 1) Negative: Excluduntur aliae explicationes facti:
a) Internae: indoles semitica (nomadica), gentibus semiticis propria / vel Israelitica

(historica)/ vel"prophetica" (i.e. experientiae religiosae)

b) Externae:

(1) consideratio generalis; nomen Jahve;

(2) theoriae speciales

(a) babylonica (exoterica,esoterica)

(b) aegyptiaca(Echnaton;monotheismus)

(c) genitica (madianitica)

2) Positive: exclusis explicationibus naturalibus remanet origo supernaturalis, atque eo magis, quod monotheismus non solum adest, sed evolvitur in statum perfectiorem.

T h e s i s 5. Origo supernaturalis religionis Israel confirmatur ex idea et exspectatione Messiae in Israel vigentibus. Rev n. 578ss; P n.217ss; Cp n.160ss.

St. Qu.: Ratio thesis: relatio ad religionem V.T. et ad N.T., cuius auctor Iesus Christus se professus est Messiam promissum.
Conceptus: Messias vi vocis/historice et religiose: Salus messianica. Origo: religio Israel. Evolutio testibus libris V.T. - "Confirmatur": thesim praecedentem supponit atque confirmat. Sententiae: Variae scholae. Modernistae: D 2028; 2035: Cf Decr Com. Bibl. D 2115s 2136. Modus procedendi: historico-philosophicus.

A r g.: 1. Ipsa vaticinia de salute futura Israel et mundi.

a) Jahve salutem promittit: (Pesch, prael I. n.217ss) Gn 3,15 (Protoevangelium; n.218)
Gn 9,26s: (Noe; n.219)
Gn 13,14ss; 15,18; 17,1ss; 18,17ss (Abraham; n. 220); 49,1ss (Iacob; n.222ss);
Nu 23,8ss (Balaam; n.221); Dt 18,15. 18 (Moyses)

b) per Messiam; filium David:
2Sm 7,13ss; 1Par 17,4ss; 3Rg 2,3s (David; n.227)
3Rg 9,4ss; Ps 88,21ss; 2; 109 (Salomo; n.228s).

c) quem describunt prophetae
(1) ut novum pastorem: Os 1,1ss; 2,18s; 3,4s; Ioel 2,18ss; Am 9,8; Abd 21; Is 2,2ss 4,2ss; 9,1ss; etc; 60,1ss; Mi 4,1. 7 (n.230s); Jr 23,1; 30, 9; 31,31; 33; 33,15; (n.232); Ez 21,25; 34,2. 10.22; 17,3s. 22 (n.233).

(2) Munera Messiae; propheta: Dt 18,15; Is 11,1-10; 42,4; 49,6; 55,3s; 61,1ss; Mi 4,1; sacerdos: Ps 109; Is 52,15; 53,4; Zach 6,12; Mal 1,11 (n.234).
rex: Ps 21+109; Is 9,6s+53,2s; Zach 9,9s; 11, 13 (n.235); Dn 2,44; 7,13s (n.236)

(3) de tempore: Dn; Agg 2,7; (n.240) Mal 3,1; et loco: Mi 5,2.

2. Discussio facti:
a) Adest inde ab initio promissio, confirmata foedere inter Jahve et populum Israel,

quae valeret tamen toti mundo, salutis futurae;

b) Haec promissio paulatim evolvitur atque perficitur, ratione claritatis (ex semine Abrahae, Judae, David), ratione personae; ratione munerum Messiae atque bonorum quae affert (materialia, spiritualia, supernaturalia et religiosa; cf De Eccl. I n.80). Idea Dei perfectius exhibetur, unici, salvatoris, iusti, sancti, pleni misericordia.



D E R E V E L A T I O N E C H R I S T I A N A

T r a c t a t u s t e r t i u s

DE FONTIBUS REVELATIONIS CHRISTIANAE

Introductio in libros N.T.

Agit de fontibus in quibus continetur revelatio christiana i.e. quae a Iesu Christo nobis allata et revelata est.

Considerantur fontium integritas, genuinitas et credibilitas, prius epistularum Pauli apostoli, deinde evangeliorum aliorumque librorum N.T.

C a p u t I.

De fontium primariorum condicione et integritate.

T h e s i s 1. Textus librorum N.T. qualis fuerit initio saeculi II quoad substantiam et plurima particularia ex multis documentis certo ostendi potest (Intr n.62ss; Cp n.117ss).

St. Qu.: Ratio thesis. - Conceptus: libri N.T. qui sint; integritas quantitativa, qualitativa; substantialis et perfecta (quoad particularia); documenta quae gignunt certitudinem. - Sensus et scopus thesis.

A r g.: Ex enumeratione testium.

NOTA: Quomodo variae partes N.T., et varii testes textus (siglis) designari soleant.

A. C o d i c e s.

I. Graeci

1) Conspectus

2) Distributio secundum quod continent totum N.T. vel eius partem; secundum tempus quo orti sunt. Maiusculi, minusculi.

II. Versiones

1) Quae sint, ex quo tempore, quinam earum testes.

a) principales:
latina vetus, Vulgata;
syriacae: syra vetus (diatessaron), peschitta, philoxeniana, heraclensis, syro-palaestinensis.
copticae: sahadica, (faiumica), bohairica.

b) secundariae: aethiopica, armeniaca, georgica, arabica, gotica.

2) Quis earum valor ad textum primigenium eruendum.

B. C i t a t i o n e s et a l l e g a t i o n e s

1) Qui sint scriptores, ex quo tempore, qua ratione et quo ambitu, quid praecipue ex scriptoribus antiquissimis christianis constet.

2) Quis sit earum valor.

T h e s i s 2. Textus librorum N.T., quamvis inveniatur multis in locis mendosus et depravatus, adhibitis subsidiis criticis omnibus (palaeographicis, literariis, historicis, religiosis) in longe plurimis ad formam primitivam restitui potest.

St. Qu.: Ratio thesis, nexus cum praecedenti et sequenti. -
Conceptus: menda quae sint, quot et qualia in genere. Quae sit forma primitiva; quae sint media critica. -
Sensus et scopus thesis.

A r g.: I. De defectibus.
Defectus sunt plurimi, varii generis (quoad vocabula, lectiones integras variantes, omissiones, additiones, alii) in omnibus classibus testium.

II. De defectuum causis.
Causae defectuum sunt vel
1) physicae (provenientes ex materia qua scribebatur), vel

2) psychicae, aut iam in autographo (dictando) aut in apographis, commissi
a) inconsulto, ex defectu organorum (auris, auditus), ex modo scribendi (scriptione continua, abbreviationibus).
b) consulto: mutatione linguistica, explicativa, critica, harmonistica.

III. De modo emendationis.
1) Lectiones inter se comparandae et examinandae: lectio "difficilior", "brevior" praeferenda.
2) Considerandi mores literarii, sententiae, opiniones scriptoris (apographi).
3) Testes variarum lectionum pensandae; relationes ad textum pimigenium (autographi), lectionum (variorum apographorum) inter se.

T h e s i s 3. Editiones criticae N.T. exhibent textum qui generatim tamquam primitivus agnosci potest, sed in pluribus emendatione indiget et emendari posse videtur (Intr n.66).

St. Qu.: Ratio thesis. - Conceptus: editiones criticae, quae in genere intellegantur. - Sensus et scopus thesis: theoreticus, non practicus.

A r g.: I. Conspectus historicus.
1) Periodus praevia.
"Editio princeps" Complutensis, Erasmus, Colinaeus, R. Stephanus, Th. Beza, Elzevir ("textus receptus").

2) Periodus critica

a) Praecursores: J.Mill, I.A.Bengel, J.Wettstein, S.Semler, J.Griesbach (qui distinguit tres familias textuum: alexandrinam, occidentalem, byzantinam-receptum textum); cf J.Scholz et J.R.Hug.

b) Editiones:

(1) Praeferunt paucos testes praecellentes: C.Tischendorff, S.P.Tregelles, B.Weisz;

(2) Procedunt ex comparatione quam plurimorum testium: Westcott-Hort, H.v.Soden, Vogels.

Westcott-Hort distinguit((Syro-Antiochenam recensionem;
(Occidentalem (praesyram);
(Neutralem, cui accedit alexandrina ut forma impura.

H.v.Soden distinguit((K= Koine (textus receptus) Antiochenam-Constantinopolitanam;
(H= Hesychii, aegypticam;
(I= Ierusalem (Pamphili), variis formis.

H.J.Vogels adhibet imprimis versiones antiquissimas.

II. De valore harum editionum

1) Quid praestitum sit: textus substantialiter unus.

2) Quid praestandum maneat; imprimis quid de a) omissionibus, b) de textu "occidentali", c) de versionibus antiquis.

3) Quaenam principia adhibenda sint in reconstruendo textu.

C a p u t II.

De fontium genuinitate et credibilitate.

Quaestio 1. De epistularum Pauli genuinitate et testimonio.

T h e s i s 4. Epistulae omnes quae scriptoribus saeculi II Paulo apostolo adscribuntur, recte eidem auctori attribuuntur.

St. Qu.: Ratio thesis: Cur primo de epistulis Pauli. Quis fuerit Paulus, qualis testis; quot et quales eius epistulae, quo tempore scriptae, cuius valoris historici. - Conceptus: epistulae (sensu proprio et literario); genuinitas. - Sententiae variae. - Sensus thesis et divisio.

A r g.: A. Generatim de omnibus Pauli epistulis.
I. Rationes externae: testimonia.
Testes sunt Can.Mur. (K 159), Irenaeus (allegat omnes, praeter Phm Hb), Iustinus, Marcion (haereticus: omnes praeter Past.Hb), Polycarpus (plures, inter quas E Past Hb), Ignatius (aliquas allusiones habet, etiam ad Past); Clemens R.(plūres inter quas E Hb Past) cf 2P 3,15, C 4,16.
Valor horum testium.

II. Rationes internae: criteria linguistica, stilistica, psychologica, historica. E contra epistulae fictae (apocryphae).

B. Speciatim de epistulis impugnatis.

I. De 2 Th. (Intr n.449ss)

1) Difficultates ex nexu cum 1Th, ex discrepantia doctrinae (de parusia), linguae similitudine.

2) Solutio: ex rationibus genuinitatis externis, ex rationibus internis, examinatis difficultatibus.

II. De epistula ad Ephesios (Intr n.482ss)

1) Difficultates ex lingua, doctrina (idea Ecclesiae, gnosis, aliae), indole parum personali auctoris ("rhetorice") ex relatione ad C.

2) Solutio: a) Generatim considerandae est E cum C et Phm.

b) speciatim ponderandae rationes externae seu testimonia pro genuinitate; rationes internae ex indole epistulae.

III. De epistulis pastoralibus (Intr n.491ss)
Variae sententiae: negatae genuinitatis, fragmentorum.
Rationes genuinitatis:

1) Externae: Testes sunt scriptores saeculi III et II usque ad finem saeculi I: Can.Mur, Irenaeus, Athenagoras, Iustinus, Polycarpus, Ignatius, Clemens R.

2) Internae:

a) Facta

Nomen epistularum, unitas earum inter se.
Quae de Paulo, Timotheo , Tito narrantur, de

Ecclesiae statu et doctrine, de erroribus reiciendis.
Lingua: adsunt particularia; quis eorum valor, teste: statistica.
Ideae et locutiones Paulo propriae.
b) Valor harum rationum (cf D 2172ss).

IV. De epistula ad Hebreos. (Intr n.505ss)
1) Quae sint quaestiones (num sit vere epistula, num a Paulo scripta).
2) Quid testibus constet:
a) Exsistentiam probant omnes scriptores, etiam occidentales: Clemens R, (Polycarpus, epist. Barnabae), Iustinus, Irenaeus, Tertullianus, Hippolytus, Can.Mur., Caius.
b) Originem Paulinam asserunt orientales: Clemens Alex. Origenes, ordo libr. in N.T. servatus; inde a saeculo IV etiam scriptores occidentales: Hilarius Pict., Lucifer Cal. Cf D 84 92 96 2176ss.
3) Quae sint praecipue difficultates: ex lingua et stilo, ex modo adhibendi V.T., ex dependentia a Philone, e condicionibus historicis, ex ideis theologicis, quae omnes Paulo adscribi posse negantur.

T h e s i s 5. Epistulae Paulinae testantur religionem christianam ante Paulum ortam per ipsum aliosque late propagatam esse, et demonstrant Iesu Christi exsistentiam, qui per doctrinam et mortem suam fundator et auctor "Evangelii" factus est, a quo alii omnes (apostoli) suam habent auctoritatem.

St. Qu.: Ratio thesis - Conceptus: Epistulae Pauli, quae praecipue; testimonium obiective spectatum; quid de testimonio subiectivo; de Pauli auctoritate historica; quod sit obiectum testimonii. - Sensus et divisio

A r g.: I. Paulus testis Ecclesiae ante ipsum fundatae.

1) De persona, condicione, vita Pauli; de eius relatione ad Ecclesiam Christi.

2) De propagatione religionis christianae ante Paulum facta; nimirum

a) ubinam Paulus praedicaverit ecclesiasque condiderit;

b) quasnam ecclesias conditas invenerit: Hierosolymis, Damasci, Antiochiae, Romae, alias.

3) Adumbratio religionis christianae secundum Paulum: eius organisatio, cuius centrum Hierosolymis sunt apostoli.

II. Paulus testis exsistentiae Iesu, auctoris religionis christianae.

Iesus Christus (Messias), verus homo, redemptor hominum, magister religiosus (auctor doctrinae "apostolicae"), auctoritatis absolutae ("evangelium" Dei, Domini, Christi), a qua omnis auctoritas apostolica derivatur, cuius dicta et facta ("evangelium")constituunt . normam certam, fontem argumentationis peremptoriae.

Quaestio 2. De evangeliis (aliisque libris N.T.)

A. De quatuor evangeliis in genere.

T h e s i s 6. Quatuor libri "Evangelii" ab antiquitate christiana medio saeculo II agniti sunt genuini.

St. Qu.: Nexus et ratio thesis. - Conceptus: "evangelii" vox, sensus; "quatuor", auctores, ordo; "agniti": quo tempore; quid exinde sequatur; quomodo ad tempus compositionis pervenire possit.

A r g.: Ex conspiratione testium, omnium fere scriptorum antiquissimorum.

1) Qui sint testes

Conspectus sequitur ordinem geographicum; ita ostendit testimonii universalitatem; intra hunc ordinem servatur ordo chronologicus, ut inde appareat testimonii constantia.

Ex Aegypto: Origenes (K 247), Clemens Alex.(K 434).
Ex Africa: Tertullianus (R 339 340 341).
Ex Italia: Can.Mur. (K 156s), ante quem Prologi Monarchiani, qui dicuntur (ex initio saeculi III); Irenaeus (cf Gallia), Tatianus (diatessaron), Iustinus (K 55s), Marcion (haereticus, reicens evangelia praeter L mutilatum: K 118).
Ex Gallia: Irenaeus (K 96 123 127 128ss).
Ex Asia: Praeter Irenaeum, Iustinum, Marcionem) Papias (K 48s).

2) Quis sit horum testium conspiratio, auctoritas, valor.

CONFIRMATIO: Ex modo agendi haereticorum (cf K 115 118 127);
Ex evangeliis apocryphis;
Ex impugnatione ethnicorum e.g. Celsi;
Ex modo procedendi rationalismi.

B. De evangeliis(aliisque libris N.T.)in specie.

I. De evangeliis synopticis (et Actibus).

1. De genuinitate et relatione evangeliorum synopticorum inter se.

T h e s i s 7. Primum evangelium est a Matthaeo apostolo scriptum, pro iudaeo-christianis, ad vindicandam contra iudaeos incredulos, Iesu Messianitatem. (Intr n.337ss; P n.117ss 651).

St. Qu.: Ratio thesis et nexus. - Conceptus: Evangelia "synoptica"; "primum" evangelium; - Variae sententiae. - Divisio: quaeritur de auctore, de lectoribus, de fine operis evangelici.

A r g.: I. Auctor primi evangelii est Matthaeus apostolus.
Quis sit Matthaeus? Apostolus cuius vocatio in N.T. narratur;ceteroquin parum notus.
1) Testimonia quae ostendunt auctoritatem Matthaei. Praeter auctores th 6 allatos (Origenem,

Clementem Alex., Tertullianum, Prologos, Can.Mur., Tatianum, Iustinum) imprimis Irenaeus qui refert factum, linguam primigeniam, tempus compositionis (K 123); quae vis argumenti;

Papias refert factum, linguam, versionem (K 49; cf testimonium Ps-Eusebii de Mt 2);

Pantaenus secundum traditionem alexandrinam (Eus., h.e., V 10,21).

Accedit inscriptio omnibus testibus (codicibus) communis: "sec. Mt".

2) Testimonium quae exsistentiam evangelii ostendunt. Didache, Clemens R., Ignatius Ant., Polycarpus; Pastor Hermae, II Clementis quae vocatur, Ebionaei (K 127). Testimonium grave "Evangelium Hebraeorum" vel "Nazaraeorum" ortum exeunte saeculo I vel ineunte saeculo II, paraphrasis quaedam evangelii Mt. - Quis sit valor horum testimoniorum, indirecte quoad auctoritatem Matthaei.

II. Evangelium scriptum est pro iudaeochristianis.

1) Pro iudaeochristianis, i.e. lectores sunt Israelitae, sensu ethnico, id quod apparet

a) testimonio scriptorum: Irenaei, Origenis Eusebii (h.e.III 24,6);

b) Lingua semitica, qua testibus his auctoribus Mt scriptum erat;

c) indole evangelii, qua condiciones Iudaeorum sociales, politicas, religiosas, consuetudines, doctrinam notas esse supponit, neque vero explicat; aliter in aliis evv.

2) Pro christianis:
a) Irenaei testimonium (K 123 et fragm. 27) sat clarum est, cui accedit Origenes (R 503)
b) Evangelia ut talia primarie christianis diriguntur, secundarie etiam Iudaeis bonae voluntatis servire possunt. Ita maxime Mt, sicut patebit ex parte III.

III. De fine duplici evangelii Mt

Finis alter est negativus, alter positivus isque principalis.

1) Finis negativus: contra incredulitatem Israel, et quidem diserte, quatenus describit
a) dispositionem populi Iesu aversam;
b) reiectionem Israel in poenam (cf tract V, De Eccl. thesis 5)
2) finis positivus: demonstratio messianitatis Iesu, sensu pleno i.e. cum eiusdem Filiatione divina naturali. Hinc: vaticinia V.T. impleta ostenduntur, descendentia Davidica Iesu, eius praedicatio "Regni Dei", eius menifestationes et revelationes suae dignitatis (Mt 11; 16; 28; aliae) fundatio Ecclesiae referuntur. Porro signa messianica: miracula.

Quaestiones ulteriores: qua lingua scriptum sit Mt (hebraica an aramaica), quo tempore (ante annum 60); quo modo(artificioso)compositum sit; quae dubia praecipua moveantur de genuinitate Mt: origo hebraica, duplex tendentia, eadem effata Iesu saepius referri, priora capita non esse historica. Quid Ecclesia sentiat: D 2148ss 2159 2164.

T h e s i s 8. Traditio quae tenet, Marcum, Petri discipulum, evangelium suum secundum Petri praedicationem christianis ex ethnicis conversis scripsisse, certissimis testimoniis nititur et internis rationibus comprobatur (Intr n. 345ss; P n.120ss 652).

St. Cu.: Nexus; cetera in ipsa thesis.

A r g.: I. Marcus, Petri discipulus, auctor evangelii.

1) Marcus. - Nomen, patria, familia, condiciones sociales (A 12,12; cf 4 36; C 4,10);

2) Petri discipulus. - A 12,12. Num noverit Iesum? Si domus eius fuit "coenaculum" (Mc 14,15; cf A 1,13; L 22,12) et Marcus iuvenis ille: Mc 14,51s, forte eum audivit (Can.Mur.; K 156); plurimi testes antiqui negant: Papias (K 48), Irenaeus (K 123), Clemens Alex. (K 434), Origenes (Eus.,h. e. IV 25). Prologi Monarchiani. - Simul est comes Pauli et Barnabae (A 12,25; 13,13; 15,39), postea degens Romae cum Petro (1 P 5,13) et Paulo (C 4, 10; Phm 23; cf 2 T 4,11)

3) Auctor evangelii:
a) Testes qui exsistentiam evangelii probant: Barnabas (?), Pastor Hermae, Iustinus.
b) qui Marcum auctorem vocant:
Origenes (K 247) et Clemens Alex. (K 150 434 426); Tertullianus (R 339ss);
Prologi Mon., (Irenaeus), Can.Mur. (K 156), Marcion et Cerinthus haeretici;

Irenaeus et Papias (K 48) (pro Asia); pro Gallia: Irenaeus (K 123 133).

c) rationes internae: hac suppositione evangelium optime intellegitur, secundum argumentum et modum dicendi et "defectum ordinis" (Papias); ita etiam quaedam particularia linguae.

II. Scriptum pro christianis ex ethnicis conversis.

1) Mc omittit quae Iudaeis propria (cf Mt), vel
2) eadem lectori explicat;
3) traditio fert Mc pro Romanis esse scriptum (Clemens Alex., Irenaeus, Papias; postea Eusebius, Hieronymus, alii) id quod confirmatur lingua (locutiones latinae); cf alia quaedam (Mc 10,12; de matrimonio; 15,21: Rufus; cf R 16,13).

Quaestiones ulteriores:
De tempore compositionis: circa annum 60.
De integritate Mc: sitne primigenium prout prostat; quid de "conclusione" Mc 16,9-20.
Quid Ecclesia sentiat: D 2156.

T h e s i s 9. Lucas medicus, Pauli discipulus, auctor est tertii evangelii (Intr n.352ss; P n.123s 652).

St. Qu.: Nexus: quidam progressus in serie evv synopticorum. - Opus Lucae bipartitum;

hinc relatio ad th. 10. - Divisio thesis, indicata in ipsius verbis.

A r g.: I. Lucas est auctor tertii evangelii.

NOTA: Lucas non nominatur in ev neque in A, sed C 4,14; Phm 24; 2T 5,11; quid ex aliis fontibus.

Testimonia:

a) pro auctoritate Lucae:
ex Aegypto: Origenes (K 247), Clemens Alex., (K 150 434);
ex Asia: praeter Irenaeum, Iustinum: Theophilus Ant. (sec. Hieronymum ep. 121,6);
ex Africa: Tertullianus (adv Marc 4,5);
ex Gallia: Irenaeus (K 123 131);
ex ecclesia Romana: Prologi, Can.Mur. (K 156), Celsus (cf Origenes c.Cels. 2,32); Iustinus (clare allegat L), Tatianus, Marcion (retinens solum EvL: K 118), Valentinus (haereticus; ca 140) male interpretatur L;Irenaeus adv haer III 14,4)

b) pro exsistentia evangelii:
Polycarpus, Ignatius, Didache, Clemens R., Epistula apostolorum.

II. Lucas Pauli discipulus.

1) Testimonia:

Lucas Iesum non vidit (L 1,2). Eum fuisse Pauli comitem et discipulum, tradunt Origenes (in Mt), Clemens Alex. (K 150), Prologi, Can.Mur., Marcion, Tertullianus, Irenaeus (ll.cc.)

2) Rationes internae:
a) Qua ratione se habeat evangelium ad praedicationem Pauli (aliter ac Mc ad Petrum): maxime idearum et linguae;
b) Agnosci debet dependentia a Paulo(1) relate ad linguam, ad ideas Paulo praedilectas ("Kyrios", universalitas salutis, salus iudaeorum, relatio institutionis eucharistiae, alia).

III. Lucas medicus.

1) Testimonia: C 4,14 (quae delevit Marcion), Prologi, Can.Mur., Eusebius.

2) Rationes internae: Comparatione eorum quae cum Mc commune habet; consideratione eorum quae ei sunt propria in ev vel in A, imprimis illis partibus quibus loquitur auctor prima persona pluralis ("Wirstücke").

Quaestiones ulteriores:

De lingua Lucae: Graecus scribit graecis.
De evangelii condicionibus et fine; quis Theophilus.
De fontibus et compositione;
De ideis praevalentibus;
De tempore compositionis;
De Ecclesiae sententia: D 2155ss 2164ss.

T h e s i s 10. Eundem Lucam composuisse librum Actuum Apostolorum probatur in traditione et ex utriuslibri indole et testimonio (Intr n.362ss).

St. Qu.: Nexus: altera pars operis Lucae; cf A 1,1 cum L 1,1ss; 24,46ss. - Conceptus: De Luca cf th 9; quid de nomine Actuum, de eius ordine in canone, de testimonio eius interno. - Sensus et scopus; quaeritur, quis sit auctor (variae sententiae), quis finis operis.

A r g.: Lucas est auctor Actuum, id quod probatur

I. Rationibus externis: testimoniis

1) Testimonia diserta:
ex Aegypto: Origenes (c.Cels.6,11: de Simone Mago), Clemens Alex. (K 150);
ex Africa: Tertullianus (adv Marc 5,1s; de pud 12; de praescript.22s; de ieunio 10);
ex Gallia: Acta mart. eccelsiae Vienensis et Lugdunensis (Eus., h.e. V 2); Irenaeus (adv.haer III 11,9);
ex ecclesia Romana: Prologi, Can.Mur. (K 157), Iustinus (qui pluries allegat A); Marcion teste Tertulliani (adv.Marc 5,2)-

2) Allusiones:et allegationes:
Iustinus (Ap I 50; Dial 80 118); Polycarpus, Ignatius, Clemens R., Epistula apostolorum.

II. Rationibus internis:

1) Auctor Actuum est discipulus Pauli: probatur ex ideis et lingua Paulo propriis;
2) Comes Pauli; cf sectiones primae personae ("Wirstücke": A 16,10-17 (40); 20,4-15 (38); 21, 1-18; 27,1-28,16); quae sint, quae earum relatio ad ceteras partes A (unitate idearum et formae);
3) Historiographus Pauli: id quod suadetur libri compositione (pars prior: praecipue de Petro; pars altera: de Paulo; cf A 9,1ss; 11,22ss; 15; 16ss).

Quaestiones ulteriores:

De fine, cum quo cohaeret operis compositio; quod sit thema libri (A 1,8), qua ratione quibusque mediis (ordine, sermonibus, factis particularibus) verificetur;
De fontibus (oralibus scriptis, imprimis pro capitibus prioribus; de relatione ad epistulas Pauli, ad Flavium Iosephum; variae sententiae).
De tempore compositionis, secundum criticos, secundum rei veritatem: initio decennii septimi);
De textu eiusque duplici recensione;
De sententia Ecclesiae: D 2166ss.

----------=======oOo==========
o
!

De evangeliorum synopticorum inter se relatione Intr n.370ss; P n.653).

QUAESTIO SYNOPTICA.

I. Quae sit quaestio synoptica et cuius momenti.

1) Tria evangelia priora inter se similia, aeque fere diversa a quarto evangelio; attamen etiam inter se simul affinia quoad materiam et formam et simul diversa; quaebam eorum inter se relatio?

2) Quaestio valoris scientifici literarii, non historici; veracitas evv constat absque solutione huius quaestionis.

II. Quae solutiones datae sint.

1) A priori (systematice et typice): Hypothesis
   A) traditionis oralis ex qua evangelia:
   B) dependentiae literariae
      I. evangeliorum inter se (varia forma);
      II. ab aliis fontibus (ignotis et postulatis)
         1) ab evangelio "primitivo"
         2) a fragmentis ("diegeseis")
         3) a fonte Q ("logia" seu sermones Domini), qui
            a) sit ipsum EvMt aramaicum, aut
            b) ab EvMt diversum eique anterior, ex quo simul cum Mc, orta sint Mt et L (theoria "duorum fontium").

2) Systemata historica: Inde ab Augustino(R 1611s) qui hanc quaestionem movit; saeculo deinde

XVIII et maxime XIX variae solutiones datae sunt Lessing, G.Paulus, J.Griesbach, G.Herder, L.Hug, L.Gieseler(traditionis), recentiores vix non omnes critici theoriam duorum fontium propugnant).

TYPI:

1)Traditio oralis(Pt,Io,XII)



2)Fontes scripti varii



3)Theoria"duorum fontium"



III. Quae debent esse principia solutiones.

1) In genere ea tenenda sunt quae ut certa e thesibus prioribus de evv constant;

2) In specie: (cf D 2164s)

a) positive:

1'. ordo est hic: Mt Mc L, i.e. quoad materiam nequit dependere Mt a Mc; quoad linguam potest Mt graecus a Mc (et a L) dependere;

2'. Mt aramaicus non erat collectio tantum logiorum, sed plenum ev, substantialiter idem ac Mt graecus canonicus;

3'. Fons Mc erat praedicatio Petri (tra-

ditio oralis); L varios fontes adhibuit, forte etiam Mt et Mc.

b) negative: theoria "duorum fontium" ea forma qua a criticis tenetur, admitti nequit, tum ob rationes externas (quae sub a propositae sunt), tum quia Q (1) nullo modo ut historicus probatur; (2) aliter ab aliis concipitur; (3) quaestionem principalem: unde simul similitudo et discrepantiae, non solvit.

IV. Solutiones a catholicis auctoribus datae:

1) Traditionem maxime invocat Th.Soiron;

2) theoriam "duorum fontium" forma mitigata proponit I. Sickenberger;

3) Solutiones formae mixtae, quae adibet tum traditionem tum dependentiam literariam evangeliorum inter se vel forte ab aliis fontibus scriptis deperditis, praebent H.J.Cladder, A.Merk.

1) H.J.Cladder:



2) A. Merk:



3) I.Sickenberger:





2) De credibilitate evangeliorum synopticorum.

T h e s i s 11. Evangeliorum Mt Mc L auctores, quam quam non intendunt scribere "vitam" Iesu Christi, tamen facta historica tradunt, et tum per se tum per adiuncta tum propter finem ob quem scripserunt fide digni sunt, atque ex ipsis libris agnoscuntur facta et sermones Iesu veraciter retulisse (Intr n.379ss; P n.133ss; Cp n. 121ss).

St. Qu.: Nexus: quid probata genuinitate evv constet, speciatim relate ad credibilitatem. - Conceptus: evv synoptica cum Actibus; "vita" Christi: quo sensu (biographico; recentiore); "facta historica" et quidem singula, in specie sermones Iesu; "historica": quae ita de facto evenerunt, licet narrationes non factae sint sec. regulas theoreticas. - Divisio thesis ex ipsius verbis patet. - Variae sententiae: In antiquitate; tempore recentiore: naturalismus, rationalismus, sensismus, irrationalismus, theoriae theologiae (evolutionis) primitivae. Contra quos probanda credibilitas evv ut fontium vere historicorum, argumento cumulativo quod procedit per gradus.

A r g.: A. Scriptores sunt fide digni: auctoritas testium.

I. Evv istae sunt fide digna per se:

1) Potuerunt vera referre, propter relationem personalem ad haec facta (Mt apostolus; Mc et L discipuli apostolorum; porro quia

2) facta sunt publica; quid de aliis (e.g. infantiae, tentationibus,aliis); praeterea eadem sunt

3) facta facile percipienda (absque scientifica inquisitione);

4) Voluerunt (dispositi erant) vera referre, quia testes sinceri.

II. Propter adiuncta:

1) Testes debuerunt vera dicere, quia facta erant recenter gesta;

2) quia lectores ipsi erant magna ex parte testes;

III. Propter finem:

Finis est facta quaedam historica, religiosa et gravissima probare: Iesu messianitatem, divinitatem, religionem, Ecclesiam, alia.

B. Scriptores ex libris agnoscuntur veraces.

NOTA: Qua ratione fidelitas intellegenda; num omnis, etiam levis, mutatio formae ex-

clusa sit; quid comparatione evv constet. - Probatio procedit independenter a solutione quaestionis synopticae.

I. Argumentum generale et negativum.

1) Persona, sermones, facta, sortes Iesu talia sunt, ut nequeant fingi, minime ab ipsis qui ut evangelistae evangelia conscripserunt (haec fusius in tractatu de Legato Divino).

2) Admitti nequit influxus alienus vel
a) ex V.T. (et a rabbinis), quod certe non adaequate explicat doctrinam Iesu; (plura in tractatu De Eccl. th 5). Quid de argumento ex vaticiniis impletis in Iesu.
b) vel ex Paulo, qui proponit doctrinam communem et ut communiter receptam;
c) vel ex Hellenismo (syncretismus).

II. Argumentum speciale et positivum:

Auctores sunt veraces:
1) in referendis adiunctis (historicis, religiosis, socialibus, geographicis, politicis; difficultates e.g. de censu Quirini: L 2,1s)

2) in referendis factis ipsis (cf modus narrandi simplex, ieiunus, personalis, qualis in EvMc, cum quo comparandi Mt et L)

3) in tradendis sermonibus Iesu:
a) Consideratio fundamentalis et formalis
(1) sermonum auctoritas (alia ac in libris

historicis profanis, ducum vel regnum);
(2) quorum testes sunt multi, immediati;
(3) optime dispositi qui fideliter retineant verba Iesu; quae
(4) propter argumentum (doctrinae novitatem et alia) atque saepe
(5) propter eorum formam facile retinebantur.
(6) Longiores sermones forma (semitis familiari) parallelismi concatenationis memoriae infigebantur, maxime et facile
(7) forma parabolarum.

b) Consideratio materialis
(1) In EvMt sermones optime congruunt cum rerum condicione historica; color armaicus;
(2) In EvMc sermones fere iidem ac in Mt; cf tamen 4,26ss, quae eundem indolem pae se fert.
(3) EvL partem habet communem cum aliis evv, partem propriam, quae certa est ex credibilitate aliunde nota.

Quae sint difficultates praecipuae contra evangeliorum fidem (Mt 1-2; alia).

COROLLARIUM: De Actuum credibilitate.

I. In genere valet de secunda parte operis Lucae, quod de priore.

II. Indoles, finis, modus narrandi sunt historica, insuper scripta omnia multis testibus immediatis. Quae sint difficultates praecipuae; quid in specie de sermonum relatione: sufficit ut ideae fideliter exhibeantur; quaedam affinitas linguae

inter sermones Pauli in A, et eiusdem epistulas.

II. De Ioannis apostoli evangelio aliisque libri

Quae sit "quaestio ioannea"; composita ex pluribus, scilicet:

1) Quae sit evangelii quarti relatio ad priora, a quibus in haud paucis differre dicitur;

2) quod sit tempus, qui locus compositionis EvIo;

3) quis sit eius auctor; variae sunt sententiae
a) traditio ecclesiastica: auctor est apostolus Ioannes; huic favent omnia documenta historica
b) auctor dicitur "presbyter" quidam Ioannes, Ephesinus, circa finem saeculi I; rationes afferuntur
(1) negativa: secundum certos fontes Ioannes apostolus antea (simul cum Iacobo) martyrem occubuisse;
(2) positiva: traditio de "presbytero"

4) accedunt quaestiones: quis sit"discipulus quem diligebat Iesus"; quid de unitate operis literaria.

Agetur (1) de genuinitate (th 12 et 13); (2) de credibilitate evangelii (th 14).

1. De genuinitate evangelii Ioannis apostoli.

T h e s i s 12: Quartum evangelium secundum traditionem scriptum est a Ioanne, Christi discipulo (apostolo), in Asia commorante, post alia evangelia, contra Cerinthum. (Intr n.392ss; P n.125ss).

St. Qu.: Nexus patet ex praemissis (supra). - Conceptus: "Quartum" evangelium, post alia scriptum; Ioannes: quid de eius persona, condicione, vita, relatione ad Iesum, ad Petrum (sec. A et EvI); "discipulus" et apostolus; - Divisio thesis ex ipsius verbis elucet. - Sententiae variae: Genuinitas, fideiussionis (Johannes Gewährsmann); fragmentorum (nucleus ioanneus); mutationis (propter idem nomen apostolo attribuitur opus "presbyteri" Ioannis); fictionis (falsificationis intentae; Ev est vere "apocryphum").

I. Ioannes apostolus auctor quarti evangelii.

1) Rationes pro exsistentia evangelii (probatio indirecta).

a) Acta martyrum: Lugdunensium (anno 178; Eus. h.e. V, 20), Carpi (K 79); Polycarpi (anni 155; 14,2).

b) Scriptores ecclesiastici: Teste Eusebio: Hegesippus, Claudius Apollinarius; Athenagoras (suppl. 4,2; 10,1s); Tatianus (ad Graec. 5,1; 13,1); Iustinus (Dial. 81; 103; 105); Pastor Hermae (Sim. 9,13,5; 9,12,3ss); Aristides (Apol. 15,1); presbyteri"(apud Iren.: adv. haer. 5,26,2); Polycarpus (epist. 10,1; 15,12); certe etiam Ignatius (Phil. 7,1; 9,1; Rom. 7,2; Magn. 7,1; Eph. 18,2),

ep. Barnabae (?); Didache (9,2s; 10,5, alia); Clemens R. (43,6; 59,4; 48,4; 49,1 9).

c) Haeretici: Basilides (120); Valentinus (135); Heracleon (160); Ptolemaeus (Valentini discipulus); Docetae; Montanistae; Odae Salomonis; Epistula apostolorum; Acta Ioannis.

2) Testimonia diserta:

ex Africa: Tertullianus (adv. Marc. 4,5; de praescr. 36; alia);

ex eccl. Romana: Prologi, Can.Mur.(K 157 160s); Hippolytus (Iustinus, Tatianus, cf supra);

ex Gallia: Irenaeus (K 123 130ss; cf 96 100; R 212);

ex Asia: Papias (K 45; R 261; ed. Funk, fragm. 13; 11; 12; K 47s);

ex Aegypto: Origenes (K 244 247; R 538); Clemens Alex. (K 434; R 438);

ex Syria: Theophilus Ant. (R 182).

II. Scriptum in Asia.

Testes: Irenaeus (K 96 123), Polycrates Eph. (K 92); Iustinus (de apocalypsi: Dial. 81,4); Apollonius (Eus. h.e. 5,18,14); Ptolemaeus (haereticus), Acta Ioannis. - Quid de verbis Papiae (K 45ss) et explicatione Eusebii, de sententia Dionysii Alex., (Eus. h.e. VII 25), de silentio Ignatii, Polycarpi, de Papiae testimonio mortis seu martyrii Ioannis.

III. Scriptum post alia evangelia.

Testes:

Irenaeus (K 123); Clemens Alex. (K 434).

IV. De fine evangelii.

Contra Cerinthum: Clemens Alex. (K434: Spirituale ev.); Irenaeus (adv. haer. 3,11,1s; cf K 114); Hippolytus (Philos. 7,33).

T h e s i s 12: Internum quarti evangelii testimonium perfecte probat traditionem tum de auctore, tum de fine, tum de tempore, et ostendit evangelium conscriptum esse ad complendam relationem synopticam (Intr n.398ss; P n.654).

St. Qu.: Nexus: Interrogandae post rationes externas (th 11) internae, ipsius evangelii;- Conceptus: "comprobant"; eadem hac in th. praece- - Adversantur thesi plurimi critici. - Divisio: ex verbis thesis.

A r g.: I. Testimonium de auctore.

1) Auctor vult esse testis Iesu immediatus: J 1,35ss; cf 1J 1,1; J. 19,35; 21,24;

2) Est discipulus "quem diligebat Iesus": J 21, 7 20; 13,23ss; 19,26s 35; 20,2ss; (18,15?);

3) Ioannes filius Zebedaei: J. 1,35ss; Petro familiaris: J 13,23; 20,2ss; 21,20ss (plura referuntur de Petro: J. 1,42; 6,68s; 13,6ss 36ss; 18, 15ss; 20,6ss; 21,7), qui vixit ad summam senectutem: J. 21,22 24.

II. De fine.

1) Contra Cerinthum:
a) Quid aliunde de Cerintho constet: Irenaeus (K 114);
b) Quid Ioannes doceat: Prologus (J. 1,1ss); conclusio (20,31), lectio varians J 1,13.

2) Ulterior finis duplex:
a) positivus firmare fidem christianorum: J 20,31; cf 1,4; 3,15; 4,14, ut ita vitam habeant. - Quaestio de Ioanne Baptista: J 1,19ss 35ss; 3, 26ss; 5,38ss; 10,41.
b) negative: contra incredulitatem "iudaeorum".

3) Secundarius: complere evangelia synoptica; habet pauca cum eis communia; studet ordini narrationis; supplendi ea quae ab illis relata sunt; ita videtur innuere Papias (K 48); Can.Mur. (K 157); Clemens Alex. (K 434).

Quaestiones ulteriores:
Quisnam fuerit auctor: Iudaeus, galilaeus;
Quinam lectores: Non iudaeochristiani, sed ethnicochristiani.

2. De credibilitate evangelii quarti.

T h e s i s 14: Ex duplici indole quarti evangelii quae respondet duplici eius fini, consequitur historica veritas evangelii, quae confirmatur auctoris persona (Intr n.405ss).

St. Qu.: Nexus: cum thesibus de evv. synopticis et EvJ; - Conceptus: Credibilitas; eodem sensu et ambitu ac in evv synopticis; duplex finis: negativus et positivus (ad evv synopt.). - Sententiae: critici vix non omnes reiciunt veritatem EvJ. Divisio.

A r g.: I. Ex relationes ad evangelia synoptica.

1) EvJ respicit, alludit, complet evv synoptica; ergo sicut illa historica referre vult;

2) refert res minutissimas, ad instar historici operis;

3) effert nexum, evolutionem rerum gestarum et dictorum Iesu;

4) pandit intentionam describendi facta historica; hinc "signa": miracula.

II. Ex indole doctrinali.

1) Ex selectione materiae: unde explicatur, cur de rebus hierosolymitanis, cur sermones hoc modo referantur, cur pauca de personis, paucae ideae principales, ex quibus unitas literaria exsurgit: compositio EvJ.

2) Ex doctrina: sermones Iesu.
   a) Reflexiones evangelistae an relationes: Quo sensu?

b) Ideae certe sunt Iesu, quas a propriis nitide secernit evangelista;

c) Sermones longiores; quoad compositionem non necessario ita a Iesu habiti; quoad formam: quaedam accommodatio admitti potest et influxus relatoris personalis; concedi potest, Ioannem in modo loquendi esse accommodare ad modum loquendi Iesu.

d) Quo modo hi sermones potuerint retineri memoria, explicatur tum indole orientali auctoris senis, tum indole sermonum, qui vel erant controversiae, vel erant compositi singulis dictis, brevibus et compendiariis, conexis inter se parallelismo et concatenatione.

Confirmatio ex assertione auctoris, se verum dicere, et acceptatione evangelii inde ab initio saeculo iam I/II).

III. Ex persona auctoris.

1) De Ioanne valet quae de aliis evangelistis (cf th. 11);

2) Ioannes certe apostolus, inter primos vocatus;

3) Accedit testimonium disertum: J 19,35; 21, 24; cf 1,14; 1J 1,1-4;

4) Interna necessitas, ex eo quod voluit refutare doctrinam Cerinthi; debuit praebere facta, non ficta.

IV. De relatione ad evangelia priora.

EvJ proxime accedit ad EvL qui probabiliter utitur fonte ioanneo.

Quaestiones ulteriores:

De integritate et ordine EvJ (J 21; 5,3b-4; 6, 4; 7,53-8,11); de fontibus variis sec. adversarios; de Ioanne baptista; de testimonio Papiae.
De tempore compositionis: secundum traditionem circa finem saeculi I.
De sententia Ecclesiae: D 2016ss 2110ss.

De epistulis Ioannis: Intr n.415ss;
De Apocalypsi: Intr n.422ss.

De traditione orali, non scripta: agrahpis: quae sint, cuius valoris.
De epistulis catholicis Intr n.518ss.

o
-----xxxxxxoOoxxxxxx-----
o

Tractatus quartus

DE CHRISTO LEGATO DIVINO

Quisnam fuerit a quo nomen accepit religio christiana, quanam praeditus auctoritate. Duae quaestiones: Quisnam se dixit esse; Quonam modo hoc suum de se testimonium probavit? - Variae sententiae. Rev n.488ss.

Caput I.

Testimonium Iesu de se ipso.

Quaestio praevia: De Iesu Christi exsistentia historica.

Thesis 1. Iesu Christi exsistentia historica est factum historice certum. Rev n.538ss; P n.138; Cp n.125.

Impugnationes etiam recentiores(Drews, Brandes, Couchoud). Testimonium peremptiorum librorum N.T. iam Pauli solius. Accedunt testimonia alia, christiana, iudaica, ethnica, Denique ipsa exsistentia atque efficacia religionis Christi, i.e. Ecclesiae, est argumentum reductive metaphysice certum exsistentiae Iesu Christi.

Quaestio I. De legatione divina Iesu.

T h e s i s 2. Iesus Christus secundum evangelia se professus est legatum divinum et magistrum religiosum authenticum. Rev n.709ss; P n.141; Cp n.126.

St. Qu.: Nexus et ratio thesis. - Conceptus: "Iesus Christus", legatus, (sensu lato et stricto), magister religiosus, authenticus(auctoritate Dei immediata praeternaturali instructus); "se professus est" (agitur de solo testimonio Iesu, nondum de eiusdem probatione) - "secundum evangelia" (quid de aliis fontibus); - Methodus historica; adversarii.

A r g.: 1) Legatus: Mt 10,40ss; (Mc 9,37; L 9,48); L 10,16; Mt 15,24; J 3,16s; 4,34; 20,21

2) Magister: opere exercens magisterium (cf J 3,8);
sese ut talem designans, directe: Mt 10,24; 23,8-10; 12,40s (5,12; 10,41; 23,39)

a) religiosus: (1) a priori, ut legatus Dei; (2) diserte: Mt 11,25ss; 28,18; (L 10,21ss); J 14,6+17,3; cf J 14,10 25.

b) authenticus: ut legatus Dei: Mt 11,25ss; 28,18; J 12,44; indirecte: Mt 11,2ss; 17,12; J 5,33; cf 1b).

Quaestio II. De messianica conscientia Iesu.

Agendum est 1) de praedicatione et exspectatione Messiae in V.T. (cf thesis 5, De revelatione V.T. p. 16ss)
2) de testimonio Iesu, se esse hunc Messiam.

T h e s i s 3. Iesus Christus secundum evangelia se professus est Messiam. Rev n. 618ss; P n.142s; Cp n.126s.

St. Qu.: Messias est legatus qualificatus, pertinens ad ordinem salutis (supernaturalis) V.T. et N.T. plura in thesi 5 tractatus De rev. V.T. p.16 ; - solvenda est quaestio facti ("se professus est"), nondum iuris ("est"). Fontes. Adversarii: naturalistae, rationalistae, evolutionistae, eschatologistae (cf D 2027-2035).

A r g.: 1) Generale: Tota vita Christi publica (cf De Eccl. I, "De Regno Dei").

2) Speciale:

a) Negativum: Textus e quibus adversarii deducere conantur evolutionem vel negationem conscientiae messianicae Iesu Christi; scil. non indiscriminatim admittit professionem suae messianitatis (a daemoniacis: Mc 1,25.34; 3,12), divulgationem miraculorum prohibet (cf Mt 8,4; 16,20; 17,9), populum fugit (J 6,15), discipulos seorsum instruit (Mt 13; 16-19). Explicatio: non evolutio conscien-

tiae messianicae,sed manifestatio per gradus,ex ratione paedagogica.

b) Positivum: Acceptat titulos messianicos: Christus (Mt 11,2; 16,16); Filii David (Mt 9,27; 12,23; 15,22; 20,30; 21,15) et sibi attribuit: Regis (Mt 13,41; 25,31; J 1,33ss) Messiae (Mt 23,39; L 4,16ss; J 4,25).

Speciatim titulum "Filii hominis" sibi proprium elegit.

Statuitur factum; nomen in evangeliis de solo Iesu ab ipso solo sibi soli adhibitum, saepe,atque inde ab initio vitae publicae usque ad finem, ita ut sensum huius nominis clarius usque ipse revelet.

Explicatio linguistica: non ex graeca lingua, sed ex aramaica: bar=enasa (ille "Filius hominis")

historica: variae radices designantur: Gn 3,15; Ps 8,5; Ez; Dn 7,13 ("quasi filius hominis"). Haec ultima admittenda, messianica, a Christo ipso adhibita: Mt 24,30; 25,31; 26,64; cf 16,20 (=Mc 8,31), 17,19. Minus clare: 9,6; 8,20; 12,8.31; 11,8. Cf J. 1,51; 3,14s; 5,27; 6,27,53 62; (9,36); 8,28; 12,23 34; 13,31; praeterea A 7,56; Ap 1,13; 14,14.

Ratio, cur hoc nomen a Iesu praeferatur; cur in aliis libris N.T. vel raro vel non occurrat.

Quaestio III. De divina conscientia Iesu.

T h e s i s 4. Iesus Christus secundum evangelia se professus est Deum verum et Filium Dei sensu naturali. Rev n.668ss.

St. Qu.: Ratio thesis. - "Filius Dei" sensu morali (vi relationis moralis, universalis vel specialis, imprimis messianicae), vel proprio et naturali (ob vinculum physicum, vi generationis et communicationis eiusdem naturae). - Adversarii (cf D 2027 2030).

A r g.: Nota: quid exspectandum de manifestatione huius conscientiae.
Ex evangeliis synopticis:

1. Se dicit aequivalenter sed clare verum Deum attribuens scilicet sibi attributa divina, nam se
a) anteponit omnibus quae in V.T. sancta erant: prophetis (Mt 12,41); Ioanni Bapt. (Mt 11, 9ss), sabbato (Mt 12,8) templo Mt(12,6), angelis (Mt 13,41; 16,27; 24,31); cf Mt 24,36=Mc 13,32.
b) Sibi attribuit potestatem Deo propriam, et quidem
(1) physicam, patrandi miracula virtute propria, quam etiam apostolis tradit (Mt 10,1.8; Mc 6,13; L 9,6). - Quoad daemones cf Mc 1,24; 3,11; 5,1ss; quos submittit apostolis suis (Mc 3,15; 9,37). Diff.: Mt 12,28; 21.20; Mc 5,19; 11,20; L 17,18, cuius solutionem praebet EvJ.
(2) potestatem moralem, et quidem
(a) legislativam (Mt 5,21.27.31.33.38.; 12,8)

(b) iudicialem, et hic in terra (Mt 9, 1ss; Mt 20,28), quam communicat apostolis (Mt 16, 18; 18,18; J 20,21) / et in iudicio universali (Mt 7,22ŝ; 13,40.49; 16,27; 19,28; 24,29; 25,31ss)

(c) postulat esse centrum et finis vitae moralis et religiosae sicut Deus (Mt 10,32 / 10, 17ss;24,9.13: 5,11s / Mt 10,37; 16,24s; 19,16).

2.Profitetur formaliter et diserte se esse Filium Dei naturalem

a) Vocat Deum patrem suum seseque eius filius alia ratione ac cetereas homines, qui etiam vocantur filii Dei ("Pater meus", "Pater vester");

b) Christus se vocat Filium sensu proprio et naturali (Mt 11,27; L 10,21s; Mt 16,13ss +28,18ss; 21,1ss; 22,41ss; 26,63ss +27,40 43).

EvIo totum est in probanda divinitate Christi cf eg 5,17ss.

C a p u t II.

Testimonium Iesu Christi probatur ut verum.

Ratio huius partis; necessitas probationis; et quidem per miraculum. Talia miracula, quae Christum probant a Deo missum, adsunt

(1) quatenus in Christo impleta sunt vaticinia V.T. (cf supra tract. de revelatione V.T., th. de idea Messias; praeterea Pesch. Prael. I. n.245), ad quam impletionem ipse provocat (cf L 4,21; 22, 37; 24,25ss; ipsum nomen quasi proprium "Filius hominis" (Dn); ipse modo miraculoso a Deo testificatur (cf annuntiatio, vox caelestis); ipse est miraculum intellectuale(sapientia) et morale (sanctitate).

(2) quatenus a Christo miracula physica patrata et vaticinia edita sunt;

(3) quatenus a mortuis resurrexit in fidem sui testimonii.

Quaestio praevia: De testimonio Iesu in se considerato.

T h e s i s 5. Testimonium Iesu Christi neque fraudis neque erroris argui potest (Rev n.724ss; P n.146; Cp n.128).

St. Qu.: Ratio thesis; sensus et scopus (ex fine: praevia; ex scopo: negativa). Adversarii. Evolutio doctrinae oppositae.

A r g.: 1. Non fraudis

a) Christus noluit decipere. Esset enim homo pessimus (blasphemia in Deum, iniuria in homines); atqui erat vitae integerrimae, / fraudis nullum vestigium, imo impossibilitas (psychologica et moralis).

b) Christus non potuit decipere, quin fraus detegeretur. Vita et doctrina Christi publica, notae discipulis familiaribus, plurimis auditoribus, ipsis inimicis.

2. Non erroris

a) Negative: rationes adversariorum philosophicae, historicae-criticae, psychologicae non subsistunt;

b) Positive:

(1) Christus non evolutione quadam acquisivit conscientiam messianicam;

(2) Christus non erat aeger mente. Ab adversariis afferuntur ideae fixae / hallucinationes (Mt 3,1 s; 4,1ss; 17,1ss; L 22,43) / motiones animi inordinatae: exaggeratae (Mt 21,12ss; J 2, 14ss; Mt 21,18s), deficiens sensus sexualis (Mt 19,12), familiaris (L 2,41s; Mt 8,21s). quare coaetanei eum habuerint possessum vel insanum (Mt 9,34; 12,24; J 7,20; 8,42; 10,20; Mc 3,21.31); cf Mt 11,18 de Ioanne Baptista.

Confirmatio ex doctrina et opere eius, Ecclesia.

Quaestio I. De miraculis in Iesum patratis.

T h e s i s 6. Vaticinia V.T. aliaque testimonia divina probant legationem Iesu divinam. Rev n.747ss; P I 245ss; Cp I n.162.

St. Qu.: Vaticinia intelleguntur messianica; / alia testimonia: quae fiunt Iesu vel mediate (per praecursorem) vel immediate.

A r g.: I. Vaticinia V.T. in Iesu impleta

1. Iesus dignitatem messianicam sibi vindicavit sensu prophetico (Messias patiens et moriens);

2. Impleta sunt vaticinia secundum Iesu originem, munus, sortes , opus; atque in Iesu solo.

II. Alia testimonia divina.

1. Indirecta: per Ioannem Baptistam. Nexus cum V.T.; annuntiatio et nativitas Ioannis; eius testimonium.

2. Directa: in annuntiatione, nativitate, praesentatione Iesu; in vita eius publica (baptismo et transfiguratione), in eius morte (Mt 27,45 51s 62ss); post mortem: testimonium religionis et Ecclesiae Iesu.

Quaestio II. De miraculis in Iesu patratis.

T h e s i s 7. Iesu sapientia mirabilis est miraculum intellectuale. Rev n.766ss; P I n.256; Cp I n.177ss.

St. Qu.: Sapientia mirabilis, / manifesta per doctrinam Iesu. / Miraculum intellectuale./ Vis probativa. / Adversarii.

A r g.: 1. Doctrina absolute spectata est summe perfecta.

a) Doctrina obiective spectata

(1) nil imperfecti habet;

(2) positive perfecta apparet, inspecta doctrina de Regno Dei, quae ostendit Deum ut patrem eiusque Filium ut redemptorem hominum; homines ut filios Dei, inter se fratres, viatores ad coelum. Ita exhibetur doctrina una, completa, sancta. Quid de mysteriis dicendum.

b) Doctrina Christo subiective spectata attribui debet; nam non est neque originis ethnicae neque iudaicae (V.T. vel pharisaeorum), neque ab apostolis et asseclis Christi, incapacibus qui invenerint eam. Ipse eam sibi adscribit ut acceptam a Patre, Deo. (J 7,28s ; 12,44ss; 16,12ss; 17,1ss). - Modus docendi Iesu est admirabilis.

2. Relative ad alias religiones religio christiana suprema, plane incomparabilis, si sana principia comparationis adhibeantur, sine praeconceptis naturalismi.

T h e s i s 8. Sanctitas eximia Iesu Christi est miraculum morale. Rev n.784ss; Cp I n.128.

St. Qu.: Sanctitas eximia / Miraculum morale, eiusque ratio; vis et difficultas argumenti.

A r g.: Christus erat

1. expers peccati, sicut affirmant ipse (Mt 7,11; 26,45; J 7,18; 8,46; 14,30; Cf Mt 20,28: 26,28; L 19,10: redemptor), / similiter eius amici (cf 1P 2,22; 1J 3,5; 2C 5,21; Hb 4,15; 7,26) / et inimici (Mt 9,4ss; 12,1ss; 15,2.20; 26,61; L 6,7; J 7,11; 8,48; 11,47ss)/ Pilatus (L 23,4.14. 15.22; J 19,4; cf Mt 27,41). Cf advers. nostri temporis.

2. praeditus omni virtute, relate ad Deum / proximum / veracitate, fortitudine, humilitate / exemplum omnium hominum.

Quaestio III. De miraculis a Iesu patratis.

T h e s i s 9. Secundum Evangelia Iesus Christus testimonium suum probavit miraculis physicis et vaticiniis. Rev n.796ss; P n.181ss 192ss 209ss; Cp n.138 145 156.

St. Qu.: Miracula physica / vaticinia; / veritas quadruplex probanda; / impugnationes et negationes antiquae et recentiores (occultistae).

A r g.: I. Veritas historica.

Supponitur integritas substantialis evangeliorum, veritas historica vitae Christi. Consideratio est

1. Generalis: miracula intime connexa sunt cum
   a) evangeliis ut operibus literariis;
   b) cum vita Christi eiusque influxu (religione christiana).

2. Speciales: relationes in se consideratae sunt dignae fide; nam constat:
   a) scientia testium immediatorum et mediatorum;
   b) veracitas testium, in genere probata, quoad miracula criteriis externis (nulla ratio mentiendi, imo rationes positivae verum dicendi, etiam externae: testes) et internis: quoad Christum (sine ostentatione) et evangelistas (forma relationum).

II. Veritas philosophica

Sententiae naturalisticae: vires occultae, psychotherapeuticae.

A r g.: a) Positive: conspectus miraculorum ostendit, ea esse omnis generis,

exceptiones a legibus etiam maxime fundamentalibus neque solum psychicis, patrata solo nutu voluntatis, saepe, sub variis circumstantiis. Specimina quaedam.

b) Negative: Excluduntur vires occultae.

Num sint vehementer disputatur, magis etiam, quales sint; certe non omnia miracula ita explicantur.

Christus numquam ad eas provocat, sed ad Dei omnipotentiam in testimonium veritatis (ut ad signa divina).

Si scivit, tales sibi competere vires, easque novit atque pro libitu adhibuit, fuit ingenium plane extraordinarium, ipse miraculum.

Casui haec tot et tanta signa attribui nequeunt,

(2) Excluduntur vires psychotherapeuticae, quae sanare (non alia miracula patrare) possunt in morbis functionalibus (non: organicis, nisi forte indirecte), levioribus, raro definitive.

Quid de liberatione daemoniacorum dicendum.

III. Veritas theologica

apparet ex persona Christi (th. praecedens) et eius opere, miraculi scilicet fine et modo patrandi (cf Mc 7,37; J 14,10ss).

IV. Veritas relativa

1. A priori: Christus vult esse legatus Dei, qua talis patrat miracula. Sunt miracula, quae natura sua unita sunt cum doctrina Iesu.

2. A posteriori: Indirecte: Christus permit-

tit fidem propter miracula praestitam; diserte provocat ad ea tamquam ad signa (Mt 9,5s; 11,2ss. 20; 12,12ss; J 5,23; 10,24s; 11,41ss; 15,24; cf Mt 10,8).

Textus apparenter oppositi: Mt 7,22; 24,24; L 16,31; J 4,48; 7,17; 20,29.

Quaestio IV. De resurrectione Iesu Christi.

T h e s i s 10. Resurrectio Iesu Christi a mortuis est verum miraculum et certum argumentum legationis suae divinae. Rev n.841ss; P n.196ss; Cp n.149ss.

St. Qu.: Ratio thesis. conceptus: resurrectio ut miraculum. Variae sententiae naturalisticae:

1) fraudis (Reimarus) et mortis apparentis (Spitta);
2) erroris;
   a) explicatio historica, vel symbolica (Harnack) vel syncretistica (Bousset);
   b) psychologica (per visiones subiectivas vel obiectivas), pathologica (A.Meyer) vel irrationalis seu pneumatica (R.Otto);
   c) occultistica (R.A.Hoffmann). - De modo procedendi.

A r g.: I. Ex persuasione primitivae Ecclesiae (1C 15,1ss).

1) Ansa (A 17,32), tempus, indoles huius capitis(symbolum primitivum).

2) Explicatio:

a) resurrectio;usus terminus apud auctores iudaicos,christianos: Mt 9,18; L 7,10, J 11; A 17, 31s; 23,6ss; quomodo a Paulo intellegatur (15,35ss).

b) apparitiones reales: 1C 15,20+15,35ss; cf 1C 9,1; A 9; 22; 26 (apparitio Paulo facta); 2C 12,1ss (visiones, quas distinguit ab apparitione Damascena).

c) Confirmatio ex aliis epistulis Pauli (1Th 1,9s; 4,14; R 8,11; 10,9) / Petri (1P 1,3.21; 3, 18ss) / ex scriptis Ioannis (Ap 1,5.18; 5,6ss) / Lucae (A 1,22; 2,24ss; 3,15; 10,40; 13,30; 17,31).

II. Ex relatione evangeliorum.

Quid supponatur: historica fides evangeliorum quibus resurrectio Iesu ut factum fundamentale continetur; porro origo evangeliorum ex primitiva ecclesia quae admisit hoc miraculum (cf I).

1. Christus praedixit resurrectionem ut signum. Iudaeis (Mt 12,38ss; 16,1ss; J 2,18; cf Mt 26,61; 27,39s.62); Discipulis (Mt 16,21; 17,9; 20,17; 26, 32; J 10,17; 16,16ss), per angelos (Mt 28,6) annuntians.

2. Christus vere resurrexit, quia

a) vere mortuus est (Mt 27,50; 57ss.63), secundum testes (J 19,38); porro mors sequi debuit ex passione. Theoria mortis apparentis.

b) sepulcrum fuit vacuum; factum / explicatio datur ab angelis.

c) Christus apparuit plurimis.

(1) Factum; cf relationes 4 evangeliorum

(2) Explicatio. Nequit admitti theoria

(a) visionum obiectivarum (Christus vel Deus esset auctor erroris et deceptionis)

(b) visionum subiectivarum, quas aperte excluduntur persuasione testium / eorumque dispositione remota (indoles) et proxima (hallucinationes). Excluduntur sequelis.

(c) materializationis: deest interim omne argumentum tales fieri posse; repugnat persuasioni testium, veracitati Dei.

Quomodo discrepantiae apparentes relationum diudicandae sint.

----xxxxxx 0 xxxxxx----

Tractatus quintus.

DE ECCLESIA IESU CHRISTI

Ratio tractatus: Christus mortuus est, resurrexit, ascendit in coelum; quaeritur: quid de eius revelatione?

Tradidit eam conservandam, proponendam, defendendam suae Ecclesiae, i.e. religioni a se fundatae per modum societatis religiosae, cui dedit munus magisterii, quod sua auctoritate et sub suo auxilio (infallibilitate praeditum) praedicaret revelationem Christi (evangelium) usque ad finem mundi (universaliter, omnibus hominibus).

Ergo in Ecclesia invenitur revelatio christiana. Quo modo? Id apparebit ex natura et constitutione Ecclesiae, deinde ex institutione magisterii in hac ipsa Ecclesia, utrumque ex positiva voluntate Christi, quam igitur inquisitio considerare debet.

Inde partitio: De natura Ecclesiae / De magisterio eius. Christus autem ipse coepit praedicationem suam de Regno Dei; hinc prius de Regno Dei, deinde de Ecclesia Christi deque relatione inter utrumque.

D E R E G N O D E I.

"Appropinquavit Regnum Dei" (Mt 4,17) ita Christus; ita ante eum praecursor Ioannes Baptista. Quo sensu?

Praemittenda de voce et conceptu Regni Dei

Regnum Dei distinguitur:

- naturale
- supernaturale
  - active
    - internum
      - ethicum
        - praesens
      - gratiosum
        - futurum
  - passive
    - externum

Quaenam fuerit conceptio Regni Dei in libris V.T. et libris aliis iudaicis et ethnicis, (De Eccl. I n.34ss; 59ss).

A. Quomodo Iudaei intellexerint Regnum Dei.

T h e s i s 1. Secundum evangelia "Regnum Dei" a Iudaeis intellegebatur sensu messianico; Idea autem messianica non erat omnibus eadem, ita quidem ut praevaleret exspectatio regni religioso-terreni (De Eccl. I n.82ss).

St. Qu.: Ratio thesis. / Nexus. / conceptus: Regnum Dei / Messias / sec. evangelia. / Sensus. / Adversarii.

A r g.: I. Regnum Dei intellegebatur sensu messianico.

1. Christus ut Messias annuntiavit Regnum Dei (cf tract. de Leg. Divino)
2. Vox "Regni Dei" sensu messianico intellegitur a
   a) Ioanne Bapt. (Mt 3,2.11s; J 1,19.25s;3,20)
   b) Iesu Christo(Mt 4,17ss; Mc 1,15)
   c) apostolis (Mt 10,7; A 1,6) et populo (Mt 21,1ss; J 6,14).

II. Variae de Regno Dei sententiae.

1. "Iusti" (qui sint):
   a) qui circa Ioannem Bapt.(L 1,5-25. 57-80; 3,1-20; cf textus parall. Mt Mc)
   b) qui circa Iesum (L 1,26-38; Mt 1,18ss; L 2,1-20. 21. 22-40. 42-52; 3,21; cf hymnos insertos)
   c) Simeon et Anna (L 2,25ss).
2. Vulgus (qui sit) a) non pervenit ad plenam cognitionem(Mt 14,2; 16,13; 21,10)
   b) Ratio: ideae terrenae (Mt 4,1ss; J 4,24. 42: 6,14; 7,12. 27. 41. 52; 12,34; influxu proceram populi); / apostoli (Mt 16,13. 21ss; 18,1; L 24,21)
   c) Duces (1) pharisaei (signa petunt: 12,38ss 16,1ss; cf 24,30; oderunt praecursorem (Mt 17,12) et Iesum; rationes (Mt 12,1ss; 15,1ss)
   (2) sadducaei (Mt 2,4; J 11,48ss).

B. Quomodo Iesus Regnum Dei intellerit.

T h e s i s 2. Secundum evangelia Iesus Christus praedicavit Regnum Dei non mere eschatologicum (transcendentale), sed etiam praesens, i.e. exsistens in condicionibus huius temporis (saeculi). (De Eccl. I n.108ss; P n.306-308; Cp n.135).

St. Qu.: Nexus / Conceptus: Regnum Dei, futurum eschatologicum absolute et relative, transcendentale, mere praesens. / Sensus. / Adversarii: eschatologi extremi et moderati; D 2033 2035 2052. (cf th. de messianitate Christi).

A r g.: I. Regnum Dei transcendentale.
R.D. est transcendentale cum relatione ad hanc vitam (Mt 5,3. 11. 22; 6,20; 13,1ss; 24-25: alter adventus s. parousia Christi; J 11,1ss; 14,1ss).

II. Regnum Dei praesens.

1. Generatim: ex indole R.D. interna et universali; ex relatione ad V.T.:

2. Ex testimonio Christi: parabolis (Mt 13,1ss), textibus disertis (Mt 11,12ss; 12,22ss; L 17,20ss; J 4,10. 14; 6,27; 15,1ss).
Textus apparenter oppositi: Mt 3,2; 4,17; 10, 7 / 6,10; / 10,23; 16,28; 23,36; 26,29,64.

T h e s i s 3. Secundum evangelia Regnum Dei est quidem essentialiter internum, gratiosum (praebens dona interna) et ethicum (postulans subiectionem internam), attamen simul externum, i.e. societas aliqua externa et visibilis (De Eccl. I n.133ss; Cp n.210s).

St. Qu.: Nexus / Conceptus: Regnum Dei, internum et quidem gratiosum et ethicum; externum quo sensu. Adversarii: protestantes liberales (non conservativi).

A r g.: I. Internum.

1. Gratiosum

a) In genere (Mt 18,14; 20,28; 26,28); cf parabolae (Mt 13,44s; L 15,3ss. 11ss; 19,10); beatitudines (Mt 5,3ss).

b) Speciatim remissio peccatorum (Mt 9,1ss; 21.31; L 7,47); veritas (Mt 11,27; J passim); vita (J 4,10ss; 6,27ss; 10,10; 15,1ss).

2. Ethicum.

Subiectio et devotio in voluntate Dei (Mt 3.2; 4,17; 5-7 in sermone montano); sacrificia (Mt 10,24ss; 16,24ss); perfectio (Mt 19-20); fides (J 3,15; 6,65ss; 16,9; etc).

II. Externum.

1. Negative.

Falsa adversariorum supposita quod ad religionem et ad ordinem supernaturalem attinet.

2. Positive.
a) Quid Christus dixerit
(1) indirecte: relatio R.D. ad V.T.; R.D. ethicum universale.
(2) directe: grex (L 12,32); sagena (Mt 13, 47ss); vinea (Mt 21,33ss); familia (Mt 10,40s; 12, 50); nuptiae (Mt 22,1ss); "Regnum" et "Ecclesia" (Mt 16,18; 18,17). Quo modo haec ab auditoribus intellegenda.
b) Quid fecerit (cf tractus de institutione Ecclesiae).

T h e s i s 4. Secundum evangelia Regnum Dei non est politicum vel communisticum, sed mere religiosum (De Eccl. I n.152ss; Cp n. 212).

St. Qu.: Nexus. / Conceptus: R.D., politicum (finis societatis civilis), / communisticum (sensu materialistico), / religiosum et quidem mere (excluditur theoretica); cf D 1866. / Adversarii: eschatologi, socialistae, aliqui recentiores historici et theologi.

A r g.: I. Non politicum vel communisticum.

1. Non politicum
a) Christus distinguit inter R. politicum et R.D. (Mt 22,15ss; L 13,2s).
b) Reicit ideas populi (Mt 4,8; L 12,13; 23, 42s), discipulorum (L 22,24s; 24,21; A 1,6).
c) Fugit dignitatem regiam terrenam (J 6,14+ Mt 14,22; Mt 21,17; 26,53ss).

d) Negat diserte (J 18,33ss; 19,1; cf 15,18 17,14ss).

Confirmatio: Ex hac ratione Iesus a populo reicitur: id quod agnoscunt Pilatus (Mt 27,11 15 18 24 27ss) et Herodes (L 23,6ss).

2. Non est communisticum

a) Statuit Iesus principia contraria: R.D. ethicum (Mt 6,33; 16,26; 19,18; cf 19,28); R.D. gratiosum: bona supernaturalia, coelestia. Sequela Christi; Crucem ferre.

b) Agnovit ordinem iuris vigentem: divites (Mt 5,3; 19,16ss; L 12,16ss), eleemosynas laudat (Mt 6,1ss L 21,2) atque laborem (parabolae: Mt 18,23ss; 20,1ss; 25,14ss; cf L 10,7).

Obiciuntur: A 2,42; 4,32ss: "Communismus" christianus.

Confirmatio: Ex doctrina primae Ecclesiae, teste Paulo. 1 C 13,1ss: elemosynae; 1Th 4,11+2Th 3,7ss: labor; 1 C 7,20: servitus (cf Phm); R 13,1ss: potestas politica (cf 1P 2,13ss).

II. Sed mere religiosum

1. Ratione regis. Christus enim.

a) est Rex (Mt 11,27+28,18; 13,40+16,28+25,34)

b) sed mere religiosus: redemptor et sacerdos (Mt 20,28; J 3,14; 10,10; 11,51; / Mt 26,28; 19, 1ss; L 7,36ss) per crucem (Mt 16,20; J 12 32), quam asseclae eius ferre debent sicut ipse.

2. Ratione regni
a) Negative: Indoles externa non obstat
b) Positive: Annuntiatio Regni, beatitudines (Mt 5,3ss),parabolae (Mt 13,1ss); initiatio (baptismus Mt 28,18), persecutiones: opp. regnum diaboli.

T h e s i s 5. Secundum evangelia Christus V.T. abrogatum iri indicavit eique Novum Foedus substituit (De Eccl. I n.166ss).

St. Qu.: Nexus. / Conceptus: V.T.: Oeconomia religiosa V.T.; / abrogare et substituere, sensu iuridico pleno; / indicavit; / instituit. / Adversarii.

A r g.: I. Quid Iudaei de N.T.

1. Quaenam elementa essentialia V.T.: circumcisio, sabbatum, templum et cultus, leges puritatis;

2. Quaenam exspectatio Novi Foederis inter Iudaeos tempore Iesu.

II. Quid Christus.

1. Christus agnovit V.T. (cf Mt 3,15), eius libros sacros (Mt5,21.27; J 6,45; 7,38) applicans sibi eius vaticinia (cf L 4,18s); ipsa legis praecepta (cf J 7,23; Mt 15,3; 19,16), auctoritates

Israel (cf Mt 23,2s), praerogativas (Mt 8,12; 15, 24); exposuit relationem inter V. et N.T. (Mt 5, 17ss).

2. Indicavit abrogatum iri V.T.:
a) reicit spiritum quo implebatur (Mt 5,20; 7,15; 9,36; / 15,1ss; 23,1ss).
b) indicat abrogationem possibilem et futuram
(1) principia statuens quoad sabbatum et circumcisionem (Mt 12,1ss; J 5,16 7,22), leges puritatis (Mt 15,1ss), templum (Mt 12,6; 17,24; 23,38; L 21,24: cf R 11,25; J 4,21ss; cf2,15), legem moralem (Mt 5,21ss).
(2) rationes addens: adest tempus messianicum (cf. Mt 11,9; 9,14ss; L 22,37; 24,26 44; J 19,28s).
c) Israel recietur; parabolae (Mt 21,43; L 13,6ss; cf Mt 21,18; L 21,24); diserte (Mt 8,11; 23,36; cf 16,16ss; 17,9; 27,51)

3. Instituit N.T.
a) Indoles nova, doctrinae (Mc 1,27), spiritus (Mt 9,14ss), regni (Mt 16,16ss; cf 20,28).
b) Institutio: Mt 26,28; Mc 14,24; L 22,20; 1C 11,25.

Confirmatio: Ex persuasione primae Ecclesiae: A 10,23ss 45; 15,6ss; G; R 3,1ss; 9-11; 2C 3,6 14: C 2,17; Hb 7,22; 8,6ss; 9,15ss; 12,24; 13,20.

T h e s i s 6. Secundum evangelia R.D. et indole sua et diserta Christi voluntate est universale i.e. destinatum pro omnibus omnium temporum hominibus (De Eccl. I n.202ss; P n.178ss; Cp n.133ss 247ss).

St. Qu.: Nexus. / Conceptus: Universale obiective (virtualiter seu intensive) et formaliter, loci et temporis, de facto et de iure, de iure et de obligatione. / Adversarii: agitur imprimis de genuinitate historica textuum.

A r g.: I. Tendentiae universalisticae tempore Christi in Israel.

1. Ideae universales in libris V.T., in scriptis extracanonicis;

2. Propaganda iudaica: proselyti, diaspora.

II. Quid Christus docuerit.

Christus non potuit ab hac quaestione abstrahere, eamque solvit

1. implicite: indoles doctrinae universalis; nam R.D. ethicum statuit unum Deum, patrem omnium hominum; R.D. gratiosum dabit fructus redemptionis omnibus ut peccatoribus; foedus vero particulare V.T. abrogabitur.

2. explicite et diserte:

a) textus eorumque explicatio; parabolae (Mt 13,1ss; L 10,29ss+17,11ss; 15,1ss; 18,1ss;

Mt 21,28ss. 33ss; 22,1ss); dicta diserta (Mt 8,11; 10,16; 21,41; 24,9.14; 25,31; 26,13; L 21,24; cf R 11,25s; / Mt 28,18ss; Mc 16,14; L 24,44ss (=A 1,8); J 1,29; 3,16; 10,16; 12,32; 17,1ss; 20,21)

b) eorum genuinitas relate ad EvMt, et quidem

(1) literaria, ex unitate evangelii evidenti;

(2) historica, ex (non admisso) supposito "theoriae duorum fontium" (arg. ad hominem); scilicet omnes et singulae pericopae continent ideam universalitatis. Mt 28,18 arcte cohaeret cum toto evangelico ac praesertim cum Mt 11,25ss; 16,13ss; singula fere verba alludunt ad alios textus.

Confirmatio: Ex aliis libris N.T.: Paulus: 1C 15, 22; G 1,15; R 1,16; 15,18; E 2,1ss. Cf A 1,8.

------oooooo o ooooooo------

D E C O N S T I T U T O N E E C C L E S I A E

C a p u t I.

De institutione Ecclesiae.

Nexus, ratio, scopus tractatus; relatio R.D. ad Ecclesiam.

A. D e a p o s t o l a t u.

T h e s i s 7. Christus collegit discipulos et asseclas, e quibus elegit Duodecim, qui ut tales formarent aliquod collegium et essent sui legati et apostoli (De Eccl. I n.250ss; P n. 261ss; Cp n.86ss).

St. Qu.: Nexus, / Conceptus: discipulus sensu theoretico, practico, historico. / Duodecim,/ collegium / Legatus sensu locali, sensu morali et iuridico. / Sensus thesis; quid ex ea sequatur.

A r g.: I. Collectio discipulorum.

1. Christus habuit discipulos, vario gradu eum sequentes (J 11,1ss; Mt 27,57; J 3,1ss+ 7,50+19,39; Mt 26,18; / Mt 15,32; 8,19.21; L 10, 1ss; J 6,66; / Mc 2,18; L 11,1; J 3,25s; Mt 15,1ss; 13,10; 14,19; L 9,49).

2. Collegit discipulos (Mt 7,24ss; 11,15. 28ss; 28,18ss); in specie (J 1,35ss; Mt 4,18ss; 9,35ss), agnoscit ut suos (Mt 9,14ss; 12,1ss).

II. Electio Duodecim

1. Testimonium Christi scilicet
a) Electio (Mt 10,1ss; Mc 3,7.13ss; L 6, 13ss; cf 9,1ss; J 6,70; 13,18; 15,16; 17,6ss).
b) Confirmatio factis i.e. instructione peculiari; verbis (Mc 14,20; J 6,70; cf Mt 19,28; 26,53).

2. Testimonium evangelistarum: "Duodecim" (cf Mt 10,1ss; 20,17; 26,14ss), "Undecim" (Mt 28,16), "Decem" (Mt 20,24) - Catalogi apud Mt 10,1ss; Mc 3,16ss; L 6,14ss; A 1,13ss.

Mt 10,1sqq	Mc 3,16sqq	L 6,14sqq	A 1,13sqq
Simon Petrus	Simon Petr.	Simon Petrus	Petrus
Andreas	Iacobus	Andreas	Ioannes
Iacobus	Ioannes	Iacobus	Iacobus
Ioannes	Andreas	Ioannes	Andreas
Philippus	Philippus	Philippus	Philippus
Bartholom.	Bartholom.	Bartholom.	Thomas
Thomas	Matthaeus	Matthaeus	Bartholom.
Matthaeus	Thomas	Thomas	Matthaeus
Iacobus Alph.	Iacobus	Iacobus	Iacobus
Thaddaeus	Thaddaeus	Simon Zelotes	Simon Zelotes
Simon Canan.	Simon Can.	Iudas Iacobi	Iudas Iacobi
Iudas	Iudas	Iudas Iscar.	

3. Genuinitas historica (cf 1C 15,5; Ap 21,12)

III. Apostolatus.

1. Nomen apostolorum (L 6,13; Mt 10,1; Mc 6,30; L saepius in Ev et A).

2. Legatio: Pater misit Filium, Filius apostolos: (Mt 10,40ss; 11,25ss+16,16ss+28,18ss; J 13, 16.20; 17,18; 20,21; Mc 3,13)

COROLLARIUM. De missione apostolorum.

Missio Christi est eadem atque apostolorum sub Petro (et episcoporum sub Romano Pontifice), scilicet:

1. sanctificatoria (episcopatus / presbyteratus / ministri) (hierarchia ordinis)

2. doctrinalis (Petri (plena, infallibilis), primatus; / apostolorum (non plena; infallibilis ut magisterium universale; praerogativa personalis)

3. regiminis (Petri (plena), primatus iurisdictionis / apostolorum (sub Petro; praerogativa personalis: universalis extensive). Hierarchia iurisdictionis.

I. Potestas apostolorum doctrinalis:

T h e s i s 8. Christus misit apotolos suos ad docendos homines; ita instituit munus magisterii vivi et authentici (De Eccl. II n.641ss; P n.262ss; Cp n.186ss).

St. Qu.: Nexus. / Conceptus: magisterium / munus / vivum / authenticum / (traditionale)./ Sensus assertionis positivus, non exclusivus.

A r g.: I. Ex identitate missionis Christi et apostolorum. (Cf tractum De Leg. Div., et thesim praecedentem (7) parte III.

II. Ex praeparatione et instructione apostolorum.

1. Christus se vocat magistrum apostolorum (Mt 10,24;23,8ss; L 10,16; J 13,13s).

2. eos instruit etiam seorsum a populo (Mt 5-7; 13; 18-20; cf 16,20s) practice (Mt 10,5ss; Mc 6,7ss; L 9,1).

3. eos vocat suos legatos (Mt 5,12; 10, 40; 23,8. 10. 34).

III. Ex missione definitiva (Mt 28,18ss; Mc 16,15s; L 24,44ss; J 20,21ss).

T h e s i s 9. Secundum evangelia Christus contulit Duodecim infallibilitatem doctrinalem (De Eccl. II. n.680ss; P n.265ss; Cp n. 186ss).

St. Qu.: Nexus. / Conceptus: infallibilitas facti (materialis) et iuris (formalis), naturalis (absoluta vel participata) et supernaturalis (haec in thesi), secundum causam finalem (Ecclesiam et totum genus humanum), efficientem (assistentiam Dei vel positivam vel praeservantem), formalem (immunitas ab errore, excludens possibilitatem errandi) materialem (obiective: doctrinam; subiective: qui sint infallibiles). / Distinctio a revelatione, inspiratione. / Adversarii.

A r g.: I. Ex identitate missionis Christi et apostolorum.

II. Ex sanctione (Mt 10,14s. 40; 16,26; L 9,26; 10,16; Mc 16,16; cf J 3,34+17,7s 18s).

III. Ex promissa assistentia divina morali, doctrinali, absoluta (Mt 28,18ss; L 24,44ss=A 1, 8; J 14,15. 25; 15,26; 16,7).

C o n f i r m a t i o ex ratione, ex necessitate talis auxilii.

T h e s i s 10. Paulus eundem apostolatum accepit ac Duodecim (De Eccl. I. n.288ss).

St. Qu.: Nexus, ratio thesis. / Conceptus: apostolatus / eundem. / Fontes. / Sensus thesis comparativus. / Modus procedendi.

A r g.: I. Ex Actibus.

1. Apostolatus Duodecim: electio Matthiae (A 1,15ss)

2. Apostolatus
a) Barnabae (A 4,36; 9,27; 11,22. 30; 13, 1ss; 14,4.14; 15,2s)
b) Pauli: triplex relatio vocationis et m sionis (A 9,1ss; 22,3ss; 26,9ss) exercitium apostolatus.

II. Ex epistulis Pauli.

Usus voci "apostoli" varius (2C 8,23; Ph 2,25

1. Sibi adscribit apostolatum sensu pleno,
a) se vocat apostolum (cf initia epistolar
b) describit apostolatum ut missionem Christi (R 10,13ss), quae facta sit ei divinitus (1C 1,17; 3,5ss; 4,1ss; 2C 5,18ss), immediate (G 1,1 11. 15s), sicut Duodecim (1C 9,1ss; 15,7ss; G 2, 7ss), universalem (R 1,14; 11,13; 15,15ss; cf E) aliam ac adiutorum suorum (cf 1C 1,1; 3,5; etc) pseudoapostolorum (2C 10,12ss; 11,4ss; 12,12ss).

2. Probat suum apostolatum
a) agnitione (signis) divina (1C 9,1; 15,1 2C 12,12; G 2,7s; R 15,18).
b) agnitione Duodecim (G 2,7s)
Conceptus apostolatus secundum fontes inter se c paratos.

II. Potestas apostolorum socialis(auctoritas):

T h e s i s 11. Christus dedit apostolis Duodecim veram auctoritatem (iurisdictionem) De Eccl. I n.312ss; P I n.272ss; Cp I n.204ss.

St. Qu.: Nexus et ratio. / Conceptus:
(a) Societas, secundum conceptum, causas (finalem,efficientem, quasi-materialem, formalem), divisionem: ratione boni (societas completa / incompleta), mediorum (sibi sufficiens / non-sufficiens; perfecta), originis(libera / necessaria, et haec naturalis / legalis).
(b) Auctoritas (potestas moralis socialis), eius effectus, indoles (una, realis,visibilis), divisio (propria/vicaria, ordinaria / delegata, domestica / iurisdictionis).
(c) Hierarchia (principatus in sacris) ordinis (potestatis sanctificativæ seu sacerdotalis) et iurisdictionis (regiminis; potestas socialis religiosa, cuius saltem supremus gradus est iuris divini positivi). / Sententiae variae, imprimis democratica, charismatica, hierarchica(CIC 108s). Sensus. / Adversarii.

A r g.: Ex Mt 18,18.
Contextus remotus (sermones Christi relati Mt 5-7; 10; 13; 18: 23-25; pericopae proxime praecedentes et sequentes);
Contextus proximus, partitio c.18; 18,1ss: ansa instructionis; 18,5ss: cura pastoralis individualis; 18,15-19: cura pastoralis socialis.

Ipse textus Mt 18,18: scilicet genuinitas et sensus verborum: "ligare et solvere" (cf Mt 23, 4; 1C 7,27. 39; R 7,2; J 5,18; 7,23; L 13,13ss: / Mt 16,19); natura potestatis socialis, hierarchica.

CONFIRMATIO (1) ex Mt 28,18ss; 16,16ss; J 20,21s
(2) ex ratione: necessitatem probat ratio et historica.

T h e s i s 12. Christus instituit societatem visibilem, hierarchicam quam vocavit Ecclesiam suam (De Eccl. I. n.328ss; P I n.305 322 333; Cp I n.211 215.

St. Qu.: Nexus et ratio thesis. / Conceptus: societas / visibilis (materialiter et formaliter), quoad finem, media, membra, conspirationem (actus sociales); occulta et anonyma; hierarchica. / Ecclesia. / "instituit".

A r g.: I. Instituit Ecclesiam.

1. Quae praecedunt Mt 16,18s:
a) Annuntiatio Regni Dei (cf th. 2-6);
b) Praeparatio Ecclesiae (cf th. 7-9 11); adumbratio eius (Mt 9,35ss; 10,40ss; 12,49s; 14, 19+15,36);

2. pericopa media: Mt 16,16ss: promissio primatus (cf th. 14);

3. Quae sequuntur: instructio de Ecclesia,

de cruce (Mt 16,21ss+20,28), de indole et munere (18-20. 28); de futuris (23-25); novum foedus (Mt 26,28); missio definitiva (Mt 28). Cf J 17,1ss.

II. Vocavit Ecclesiam suam.

1. De voce Ecclesiae (qahal, qehàlà; edah, kenischta).

2. Nomen reducitur ad Christum
a) Vox aptissima propter sensum, historiam, occasionem.
b) adhibita a Christo teste Mt 16,18; 18,17 (veritas et genuinitas literaria et historica); ita explicatur usus praedilectus primae Ecclesiae, inde ab initio.

B. De primatu.

T h e s i s 13. Probatur genuinitas literaria et historica Mt 16,17ss (De Eccl. I. n.343ss; Die Verfassung der Urkirche p.62ss; P I n.285 299; Cp I n.194.

St. Qu.: Nexus. / Cur de Mt 16,17ss speciatim; / genuinitas literaria, historica. Impugnationes et sententiae: theoria interpolationis(negat genuinitatem literariam; Resch, Grill, Soltau, Harnack); theoria evolutionis dogmaticae primitivae (contra genuinitatem historicam; nunc praevalens; influxus scientiae religionum comparativae;

Köhler, Dell, Bultmann, Goetz, alii).

A r g.: I. De genuinitate literaria.

1. Generale: editiones criticae recentiores habent textum.

(b) rationes sibi externas: stabilitatis, qua resistit impugnationi adversae.

(II) Ecclesia ut agens. - Omnis enim societas actibus sociorum suorum prosequitur finem suum seu bonum commune. Haec Ecclesiae activitas est eiusdem "foecunditas", qua fert varii generis fructus. Principalis fructus est sanctitas; nam sanctificatio est Ecclesiae finis primarius, ultimus, supremus.

Iam patet, hanc divisionem inter Ecclesiam exsistentiam et agentem non exclusive intellegendam esse; nam etiam propagatio et unitas et stabilitas considerari possunt ut fructus seu effectus Ecclesiae agentis seu viventis.

Considerabimus igitur

(I) Ecclesiam ut exsistenten, scil.

(1) in fieri, seu eius propagationem admirabilem;
(2) in facto esse, scil. ipsius
(a) unitatem, qua verificat conceptum societatis, fine et mediis, auctoritate et coniunctione membrorum; qua vincit huius unitatis impedimenta scil. schismata, quae sunt contra finem Ecclesiae ut societatis, et haereses, quae sunt contra Ecclesiam ut societatem essentialiter doctrinalem.

(b) stabilitatem, qua ut unum quid subsistens connotat hostium oppositionem et impugnationem. Hae vero impugnationes vario modo fieri possunt scilicet:
i.e./ (1') cum Ecclesia sit societas religiosa, habeat fines spirituales (doctrina et instructione acquirendos), hinc impugnari potest armis spiritualibus (sensu latiore). Ita factum est inde ab initio, modo sive scientifico (cf philosophos Celsum, M.Aurelium, Porphyrium) sive vulgari (caluminiis horrendis, quae adeo ab historicis ut fide dignae traduntur).

(2') cum Ecclesia sit societas visibilis i.e. constet ex hominibus, qui externe, ut

socii et membra cognosci possunt, etiam vi et coactione externa impugnari potest. Et hac quidem impugnationes proprie vocantur persecutiones (cruentae). Qui tales patiantur, et quidem fideliter usque ad mortem, vocantur "martyres" Christi; eorum constantia potest evadere miraculum morale. Hoc autem loco non tam constantia personalis martyrum consideratur, quam stabilitas socialis Ecclesiae, qua persecutionibus longissimis et vehementissimis numquam succubuit, licet in aliquibus regionibus et nationibus religio christiana fere evanuerit.

(II) Ecclesiam ut agentem.

Ecclesiae foecunditas omnimoda apparet

(1) in acquirendo fine suo proprio: sanctificationis. Ecclesia est sancta

(a) doctrina sua, vetans ima, postulans perfecta, suadens summa.

(b) mediis, maxime ritibus suis, quae vere coniunguntur cum auxilio (gratia) Dei (sacramentis), ita ut homines christiani ut tales vitam agant bonam, multi perfectam et heroicam, ut talem agnitam. Inter quos numerantur "sancti" et "martyres", in quibus auxilium Dei aliquando est adeo efficax, ut habeantur miracula moralia.

Accedunt multa alia miracula ordinis physici in favorem Ecclesiae a Deo patrata, inter quae sunt charismata.

(2) Quoniam autem exsistit naturalis quidam nexus inter exercitium religionis verae et culturam quae vocatur, bona haec culturalia secundarie quidem pertinent ad Ecclesiae foecunditatem. Sunt autem non solum pax socialis et nationalis, securitas publica atque similia, sed etiam bona intellectualis, ut scientia, ut artes, quarum se Ec-

clesia semper exhibuit fautricem. Neque tamen contendimus haec constituere signum ex quo Ecclesia vera certo cognosci queat. Historice quidem constat, culturam et moralem et intellectualem imo etiam materialem - in quantum cultura vocari potest - gentibus per Ecclesiae et cum Christi religione advenisse, nationibus tum cultis tum barbaris. At tamen valet semper atque valebit: Beati pauperes! Vende quae habes! Tollere crucem Christi.

2) Quaenam sit harum rationum vis probandi.

Quaeritur, quonam modo haec probent Ecclesiae affirmationem, se fungi Dei legatione et hinc esse originis Divinae.

(I) Affirmatio ista vera est, si per ipsum Deum confirmatur. Quae confirmatio (sec. tractatum de revelatione in genere) alia esse nequit, nisi per miraculum utpote testimonium Deo soli reservatum. Ergo ostendi debet, Ecclesiae et exsistentiam et foecunditatem esse miraculosam, excedere vires naturales creaturae. Hoc vero constabit ex evidenti disproportione inter causam seu medium et effectum seu finem; aliis verbis: apparent in Ecclesia eiusque vita effectus tales, qui naturaliter explicari non possunt et hinc provenire debent a solo Deo.

Haec quidem disproportio facile constabit in miraculis physicis, quae ubertim in omnibus Ecclesiae temporibus et partibus invenire licet. In nostro autem argumento agitur potius de miraculo ordinis moralis. Iamvero constat, veritatem philosophicam talis miraculi non tam facile probari,

saltem si agatur de singulari quodam facto. Et re quidem vera totum negotium huius thesis nostrae in hoc versatur, ut huic argumento, rhetorice efficacissimo, substruamus fundamentum scientificum et obiective certum. Hinc ita procedimus, ut

(1) in singulis factis disproportionem ostendamus;

(2) omnia signa simul complectamur ut unum quid, scil. ut magnum motivum credibilitatis et testimonium irrefragabile. Nam salva providentia Divina nequit error et mendacium tot ac tantis signis fulgere atque nativa sua vi quasi extorquere assensum hominis. Ita argumentum evadit reductive metaphysice certum.

(II) Quibus probatis patet, testimonium Ecclesiae Romano-Catholicae de se ipsa esse verum. Iamvero haec Ecclesia dicit se esse originis Divinae, fundatam a Iesu Christo, Legato Divino et Filio Dei ipsius, esse porro unicam et universalem. Ergo omnes alii coetus christiani, qui praetendunt esse etiam vel solos veras Christi Ecclesias, excluduntur. - Est igitur hoc argumentum non relativum (quod respiciat exsistentiam aliorum coetuum eamque reiiciat), sed absolutum.

(III) Methodus est historico-philosophica. Historia suppeditat facta, quae dein crisi subiicienda sunt.

A D M I R A B I L I S P R O P A G A T I O

A. F a c t u m (Veritas historica)

I. In Facto esse. Statistica haec docet:(Krose, In Staatslex. "Religionsstatistik" IV 587/8 ex anno 1910;in uncis adduntur numeri ex annis 1921 et 1927.

Christiani universim 617 972 918 (683 000 000) i.e. 39,6% (35%) hominum, ex quibus
Catholici 292 787 085 i.e. 47,4% christianorum (305 000 000; 324 000 000)
Protestantes 186 055 624 i.e. 30,1% christianorum (220 000 000)
Orthodoxi 127 541 718 i.e. 20,6% christianorum
Orientales schismatici 8 974 989
} (158 000 000)

Non-Christiani reliqui ex 1561 000 000 (1 713 000000) hominibus,scil.
Judaei 12 989 751 (18 000 000)
Mahometani 207 067 840 (230 000 000)
Brahmani 210 100 000 (200 000 000)
Buddhistae 125 270 000
Confucii sectatores 240 000 000
Taoistae et schintoistae 49000000
} (500 000 000)
Cultores idolorum et fetischistae 91 604 000 (100 000 000)
Alii 7 313 280.

(Universim: Christiani 35%, Buddhistae 27%, Mahometani 15,4%, Brahmani 14%, cultores idolorum 8%, Judaei 0,6%.)

Ergo Ecclesia et absolute et revelate latissime sparsa et vere universalis est: catholica (effective).

II. In fieri.

Considerantur imprimis initia Ecclesiae, ex quibus clarius admirabilis propagatio elucet. Potest tamen simile argumentum fieri pro aliis etiam temporibus, eg modernis missionibus africanis, sinicis etc.

1) Viguit inde ab initio in Ecclesia persuasio universalitatis i.e. religionem seu Ecclesiam destinatam esse omnibus gentibus. Ita testantur lb canonici NT - qui tamen hoc loco non considerantur ut Verbum Dei, sed mere ut historica testimonia persuasionis christianae - Evv, Actus, Epp. (cf. Pesch, Comp. n.133 ss) ita scripta temporibus postapostolici.

2) De facto expansio Ecclesiae fuit rapida, ita provocaverit admirationem christianorum, angorem ethnicorum, Sequuntur testimonia.

a) Ex NT: Inscriptiones epistularum Pauli et Petri - Actus tendentia sua et indiciis eg 1,8; 2,9ss; 8,26; 18,24(?). - Pl: 1 Th 1,8; Rom 1,8; 15,19s; Col 1,6; 1 Tim 3,16. -

b) Ex tempore subsequente:
Praeter testimonia obiectiva - documenta et monumenta christiana ex omnibus imperii Roamni, imo etiam regni parthici partibus (th. 21) - sunt haec:
Didache 9,4; 10,5 (K. 2/3)
IClem. 5,6 (K 10); 6 (K 11); 42,2(K 12); 59,2.
Ignatii Eph. 3,2
Plin. ep. ad Trai. 96 (K 30)
Pastor Hermae Sim. VIII 3; IX 17
Justini Apol I inscr. 25;26;32;40;53;56; dial.43; 52;53;91;117 (K 59);121;131.
Epist. ad Diogn. 6 (K 153)
Celsus ap. Origenem Ctr.Cels. 8,69
Martyrium Carpi, Papyli 32; (K 84)
Melito Sard. ap. Eus. h. e. IV 26
Irenaeus adv. haer. I,10,2 (K 104ss); II,31,2; III,4,1;11,8;V,20,1s
Clemens Alex. Strom. VI,18,167
Polycrates (K 94)
Tertullianus Apol.II 37 (K 178); ad nat.I,8; de bapt. 5; de cor. 12; ad Scapul. II 5; de fuga 12; adv. Jud.7 (K 207); de anima 49s; etc etc.
Hippolytus Phil. X 34
Min. Felix Oct. 9; 31.
Origenes de princ. IV 1; hom. IX in Jos; in Matth. com. ad 24,9; Ctr Cels. I,7,26s.
Cyprianus ad Demetr. 17
(Porphyrius?) ap. Macarium M. IV,3;
Maximinus Daza, cf. Eus.h.e. IX,9
Arnobius I 6,16 (K 346), 54s; II 5,12.
Eusebius persaepe eg h.e. I 3,19;4,2; sub diversis Romae imperatoribus: III 1;5,2;37,1; IV 2, 1; 7,1; V 21,1; 36,1; VII 10,3; VIII 1,1.

Accedunt testimonia legendaria et apocrypha; cf Lipsius, Apocr. Apostelgeschichten I, 11 ff; - Kellner, Jesus v.Nazareth und seine Apostel im Rahmen der Zeitgeschichte. Regensburg. 1908; - EHennecke, Ntl Apokryphen. 1904 (1924).

Ex quibus elucet propagatio Ecclesiae amplissima et celerrima, si extensive spectatur. De intensiva seu qualificata - de singulis hominum classibus, de distributione topographica, de numero relativo et absoluto circa annum 300 cf Kirch. Leitf. § 17; Harnack, o.c. II (3) 30ss.

B. Discussio facti (Veritas philosophica).

I. Rationes promoventes et impedientes.

1) Aderant rationes promoventes.

a) Ex condicionibus mundi in hominum istius temporis, et quidem

(1) externis. Universalissimus quidam scil. centralisatio quaedam aderat, scil.

(a) politica: duo regna magna, imperium Romanum et regnum Parthorum, in quibus et inter quae tum temporis pax servabatur (Orig, Ctr Cels. 2,30; Eusebius, Dem. evang. 3,6);

(b) linguistica: duae erant linguae universales, graeca et aramaica, quae insuper plurimis in regionibus simul in usu erant.

(c) culturalis: viae communicativae terrestres et maritimae, cultura hellenistica sparsa usque ad Indias orientales; populi inter se mixti et sparsi per totum orbem: Judaei, Syri, Graeci, Romani.....

(2) Internis, religiosis

(a) Formae religiosae veteres magna ex parte erant obsoletae- cf Augustum, qui in vanum conatur formas antiquas et mores paternos resuscitare -; syncretismus - tendentiae quaedam in henotheismum et pantheismum et monotheismum - religiones orientales et mysteria (Eleusinia et orientalia) - sensus religiosus excitatus - desiderium alicuius redemptoris aliud in aliis - ideae morales apud aliquos altiores (Stoa) - diaspora Judaeorum et divulgatio idearum ex eorundem ss libris.

b) Ex indole religionis christianae.

(1) Ex parte doctrinae, quae afferebat "Verbum Dei", qua tale revelatum, absolute certum et verum - doctrinam in se unam, sublimem simul et omnium captui accommodatam; - continens facta historica, quae testimoniis constare possunt, et mysteria omnem intellectum excedentia.

(2) Ex parte morum postulabat multa et gravia, excitabat animos fortes atque mentem religiosam.

(3) Ex parte formae sociales-caritativae: Ecclesia est societas optime organizata, cui praeest auctoritas firma, ita tamen ut unusquisque

possit hoc supremo munere fungi. Inter se omnes ut fratres habentur et iuvantur.

(4) Ex parte effectus: charismata abundabant, miracula physica, moralia, vita heroica, exempla fortitudinis et caritatis.

2. Rationes impedientes

a) Internae ex religione christiana.
(1) Auctor est obiectum religionis et cultus erat judaeus, crucifixus, calumniis oppressus.
(2) Propagatores erant judaei, inculti (Act. 4,13; ICor 2,4,5), pauci; cf. Just. Apol. I 39.
(3) Religio postulabat fidem et subiectionem absolutam, imponebat obligationes morales gravissimas, eg humilitatis, caritatis universalis etc, sacrificia summa usque ad vitam ipsam; sibi vindicabat veritatem exclusivam. - Haec dicuntur contra rationalistas modernos, qui ut Harnack volunt, religionem christianam esse sicut alias syncretisticam;

b) Externae, et quidem
(1) Praeiudicia intellectus, debilitas voluntatis, licentia morum omniaque scelera ethnica (Rom 1,18ss; cf. tract. de rev. in genere);
(2) Inimicitiae fere omnium hominum scil.
Judaeorum, qui ab initio erant "fontes persecutionum" (Tert. Scorp. 10).
Ethnicorum, scil.
auctoritatis publicae, cui religio christiana erat "illicita", opposita "culti caesareo" et hinc saluti publicae, universalis et hinc excludens nationalem.

auctoritatum religiosarum, vel sacerdotum publicorum vel cultuum privatorum, orientalium etc; (cf. Plin. ep. 96);

philosophorum ut Celsi, M.Aurelii, Porphyrii, aliorum (Just. apol. II 3)

cultorum, qui despiciebant religionem, quae in se colligebat, quae "stulta sunt mundi" (I Cor 1,27);

vulgi inculti, quod credebat et divulgabat calumnias atrocissimas, quae insuper videbantur confirmari separatione christianorum a vita publica et sociali ("odium generis humani" Tacitus; K 34; cf. Tert. Apol. 2,23; K 172).

Hinc ortae sunt persecutiones illae cruentae, primo sparsim seu eruptiones locales plebis vel auctoritatis localis, inde vero a medio saeculo 3º systematice et universim in toto imperio Romano (cf. Cyprian. De lapsis 5ss; K 257ss).

(3) Accedunt dein dissensiones internae; haereses et schismata. Inter quae eminet gnosis, quae ut forma syncretistica, cui adhaerebant fere quotquot erant christiani culti et nobiles, gravissimum periculum Ecclesiae paravit nascenti.

II. Relatio inter rationes promoventes et impedientes.

1. Rationes promoventes maxima ex parte de facto evaserunt impedientes, saltem ex aequo. Ita eg frequens et facile commercium favebat tum extensioni tum persecutioni (cf. Act. 28,21s; cf. th. 10 de apostolatu judaeorum). Rationes religiosae potius obstabant propagandae christianae re-

ligioni. Emolumenta socialia eadem aut maiora habebantur in aliis coetibus religiosis absque dispendio tot sacrificiorum, eg apud iudaeos, in collegiis ethnicis; etc.

2. Rationes vero impedientes manserunt in integro vigore aliae aliis temporibus alia cum efficacia.

Ergo exsistit disproportio inter finem seu effectum et media naturalia, quae ex sese nullo modo potuerunt tales effectus producere. Ergo requiritur auxilium aliquod supernaturale, interventus Dei immediatus extraordinarius, miraculum, i.e. propagatio ista admirabilis est miraculum morale, qua tale testimonium Dei pro Ecclesia eiusque veritate.

Hanc persuasionem evincunt nostrae rationes, hanc tenuerunt christiani inde ab initio. -

N o t a.

Vim huius argumenti elidere conantur comparatione religionis et Ecclesiae catholicae cum aliis religiosis coetibus, sive non-christianis sive christianis. Enumerantur: Buddhismus - cultus Caesareus - cultus Mitrae - Mahometanismus - Arianismus - Protestantismus.

Resp. (1) generale: Non arguimus ex nudo facto propagationis, sed ex tali propagatione talis religionis.

(2) speciale: Aut negandum est factum extensionis rapidae et universalis (cultus Mitrae, Arianismus, Proptestantismus)

Aut deest indoles vere et perfecte religiosa et moralis (Buddhismus, Mahometanismus, cultus Caesareus et Mitrae...)

Aut propagatio debetur mediis naturalibus facile ut talibus cognitis (partim saltem in omnibus)

Aut deficiente protectione publica illico disparent (cultus Caesareus, Mitrae, Arianismus)

Quaedam de singulis:

Buddhismus est potius philosophicum systema quam religio. Est atheus, absque dogmate, tendens in Nirvana, postea syncretisticus.

Mahometanismus est quidem monotheisticus, sed relate ad religionem christianam inferior, doctrinae moralis infimae, inducens in fatalismum et fanatismum religiosum, propagatus vi et armis.

Cultus Caesareus non erat proprio sensu religio, quamvis initio ita intentus sit ab Augusto, sed exhibitio honoris et subiectionis forma religiosa. Nitebatur in more paterno et gladio lictoris.

Cultus Mitrae erat sine dogmate, sine exclusivitate et hinc syncretisticus, praeditus quidem certa moralitate attamen absque sanctione; religio castrorum et aulae imperatoriae, disparens cum ultimo imperatore ethnico.

U N I T A S

Unitas respicit Ecclesiam ut societatem i.e. ut unum totale, prout vinculo sociali (morali) vincit tendentias oppositas, individuales et centrifugas. Hae tendentiae quodammodo dici possunt internae (in oppositone ad externas, quas respicit stabilitas). Apparet haec unitas socialis in aucmunem conspirant. - Hinc agendum nobis erit de unitate in regimine et de unitate in fine prosequendo scil. in doctrina et in mediis sanctificationis.

Intellegitur autem unitas ecclesiastica plena i.e. simul cum universalitate seu catholicitate, qua Ecclesiae subiiciuntur fere 300 000 000 homines sparsi in toto orbe terrarum.

A. F a c t u m.

a) Ecclesia est re vera societas una in se, praedita auctoritate monarchica summa - primate: Romano Pontifice -, cui subsunt episcopi ut praepositi monarchici in sua quisque dioecesi, quos adiuvant parochi, catechistae, theologi etc. (CIC 218-486).

b) Ecclesia est una in doctrina, adeo ut fieri possit et a plurimus desideretur catechismus i.e. compendium veritatum quae ab omnibus teneri debeant (aliae licet alia cum certitudine), unifor-

mis. Commercium frequens doctorum authenticorum (episcoporum) cum auctoritate suprema fovet hanc unitatem omnimodam.

c) Ecclesia est una in prosequendo fine suo summo: sanctificatione hominum, per ritus externos, sacrificium et sacramenta. Qui ritus quoad substantiam sunt iidem in omnibus gentibus et "ritibus" toto orbe terrarum.

Haec persuasio unitatis, Ecclesiae debitae et propriae,vigebat inde ab initio, non solum in scriptis canonicis, sed etiam subsequentibus: cf. Ignatius M., Magn 13; Eph. 16; Phil. 3; Smyrn. 7 8; Irenaeus, adv. Haer. I, 10,2; III, 3,1; etc; Tertullianus, de praescr. 36s; Cyprianus, De unitate Ecclesiae, adeo ut unitas dicenda sit una ex ideis praedominantibus Ecclesiae primitivae. Hoc idem de nostris temporibus dici posse illico appareret; cf iuramentum contra errores modernistarum praestandum et praestitum ab omnibus Ecclesiae sacerdotibus.

B. D i s c u s s i o.

Media naturalia, quibus Ecclesia uti potest ad gignendam, fovendam, promovendam hanc unitatem, sunt omnino insufficientia et disproportionata; nam

a) Per se omnis societas humana requirit potestatem coactivam externam, qua subiectionem sub legibus vel sententiis iudicialibus extorquere

possit etiam vi et coercitione physica. Iamvero Ecclesiae deest talis potestas externa (non vero omnis potestas coactiva). Nam habet sola media spiritualia, quae provocant ad liberam voluntatem hominum.

Neque obiici potest, Ecclesiam pro tempore usam esse brachio saeculari; nam

(1) praecise in multis iisque difficillimis Ecclesiae temporibus deerat hoc brachium. Ceterum num hoc iuvamen Ecclesiae plus nocuerit an plus profuerit, difficulter dicitur.

(2) Quaeritur praecise, undenam hoc sit, quod brachium saeculare Ecclesiam iuverit; nonne supponit Ecclesiam aliunde iam esse magnae auctoritatis?

b) Hoc valet eo magis quo maiora sunt impedimenta, scil.

1. Interna (a) Ipsa auctoritas et membra sunt homines, fragiles, peccabiles, peccatores. "Omne malum ex clero".

(b) Uniuntur in una Ecclesia tot tamque diversae nationes.

(c) Omnes sese subiicere debent auctoritati et magisterio absolute, nec solum in quibusdam fundamentalibus, sed etiam in minoribus plurimis, nec solum externis, sed etiam internis, nec solum gratis sed etiam molestis et duris.

(d) Tendentiae particulares superantur: evolutivae, transformativae... Ecclesia sibi ius vindicat reformandi intra limites a se constitutos.

2. Externa. - Innovatores, haeresiarchae, schismatum auctores et fautores, quos adiuvant

potestas civilis (Staatskirchentum), scientia deviata theologica (rationalistica) et profana (philosophia, historia, scientiae naturales). Cf nuperrime Modernismum eiusque defensores.

Nequit o b i c i:

(1) Nationes integras ab Ecclesia defecisse, atque ita sine ullo discrimine unitatem servatam esse. - At Ecclesia mansit una et universalis; Deinde, quo factum est, ut Ecclesia potius iacturam gentis integrae tulerit, quam ut doctrinae suae vel iuribus divinis renuntiaret?

(2) Ecclesiam continuae mutationi subiacere non aliter ac omnes alias societates religiosas. - At adversarii concedunt, Ecclesiam in essentialibus aendem mansisse inde a seaculo 4o, 3o, 2o, imo inde ab aevo apostolico; hoc autem sufficit argumento nostro, praecise ex principio adversariorum, omnia in continua esse mutatione; Nam haec Ecclesiae exceptio requirit explicationem.

Ergo requiritur auxilium aliquod speciale, quo haec unitas explicetur, interventus Dei, miraculum morale. Iamvero hoc miraculum patratum in favorem Ecclesiae, ipsam probat esse veram, verumque esse quae de se affirmet. -

S T A B I L I T A S

Stabilitas respicit societatem, prout vincit influxum externum, qui conatur vel ipsam tollere - persecutione violenta et cruenta, caede capitis et membrorum, poenis et minis quibus socii cogantur deficere a societate - ,vel eam transformare et sic indirecte eam delere, mutando eius finem vel eius formam et constitutionem. - Sic Ecclesia mutatur et practice destruitur, si vel doctrina alteratur et adulteratur, eius media sanctificationis non iam usu veniunt, eius auctoritati legitimae alia illegitima substituitur; id quod practice fit per haeresim et schisma. -

Patet, stabilitatem intime cohaerere et partim convenire cum unitate.

A. F a c t u m

Stabilitas Ecclesiae elucet ex tota eius historia. Quod persecutiones attinet, sufficit perscrutari tot periodos inde a tempore "decem persecutionum" in imperio Romano et martyriorum in regno persico Sassanidarum, usque ad nostra tempora: in imperio Sinico, in Mexico etc.

Persecutiones vero incruentae et indirectae numquam cessarunt inde ab adversariis Pauli et Ioannis usque ad modernisticos errores nostri aevi.

Neque obstant huic stabilitati nationes integrae, quae ab Ecclesia defecerunt, vel schismata gravissima per saecula insanabilia. Talia fieri possunt. Fieri autem nequit ut

1) Ecclesia his persecutionibus omnino e medio tollatur. Nam vicit et vincet morte suorum filiorum. "Semen est sanguis christianorum". Expulsa ex una terra aliam sibi acquirit, testante historia.

2) Virus haereticum et schismaticum non invadit ipsam Ecclesiam, quae conservat "sanam doctrinam" et successionem legitimam (apostolicam).

B. D i s c u s s i o

Rationes stabilitatis aliquae habentur in ipsa (primatiali) organisatione Ecclesiae perfecta, qua est una et ut talis resistit naturali quadam vi dispersioni. Habetur auctoritas centralis, magisterium sedulo inviligans.

Sed hae rationes per se non sufficiunt ad vincendas tot tantasque difficultates. Sunt enim rationes adversae plurimae et efficacissimae.

1) Contra arma Ecclesia inermis nequit sese defendere.

2) Naturalis et universalis lex evolutionis, periodicitatis, florescentiae et decrescentiae in sola Ecclesia non usu venit. Quoties adversarii parabant orationem funebrem!

3) Cum adversariis uniuntur omnes illi, qui unitatis inimici interni antea nominati sunt.

Ergo haec stabilitas naturalibus mediis non debetur. Ergo influxui Divino, miraculo morali. -

Difficultates ex historia dogmatum in singulis tractatibus solvuntur. Ceterum valet: ergo concedentibus adversariis per plurima saecula doctrina catholica mansit eadem, id quod argumento nostro sufficit. -

De protectione per potestatem civilem, inquisitionem etc cf supra. -

FOECUNDITAS SANCTITAS

Ecclesia contendit, finem suum principalem esse santificationem hominum. Quodsi verum est, et media et ffuctus debent esse sancta.

Sanctitas dicit relationem et coniunctionem cum Deo, sive subiectivam per actus (naturaliter vel supernaturaliter) recte ordinatos ad Deum, sive insuper obiectivam per gratiam sanctificantem et filiationem divinam. Utramque Ecclesia profitetur se suis asseclis dare. -

Sancti proprie dicuntur homines, et quidem sensu presso beati comprehensores in coelis, stabiliter cum Deo coniuncti, maxime illi, de quibus hoc constat et qui ut exempla virtutis et protectores ab Ecclesia fidelibus proponuntur. - Per analogiam sancta dicuntur media, scil. personae vel res, quibus homines sanctificantur. -

Argumentum natura sua restringitur ad sanctitatem externe manifestam, vel in mediis efficacibus, vel in fructibus, sive in vita personali

sancta, sive in charismatibus divinis. - Fructibus qua ratione+possint effectus quidam naturalès, ut eg cultura, in fine videndum erit.

+ adnumerari

Hinc consideranda nobis sunt:

(1) media sanctificationis;

(2) fructus,et quidem

(a) supernaturales, producti sive ab homine: personales, sive a Deo in homine et per hominem: divini;

(b) naturales;

I. Ecclesia sancta m e d i i s

Media Ecclesiae, sunt haec: regimen, quatenus societas; doctrina et cultus, quatenus his praeparatur vel obtinetur finis sanctificationis. - Atqui regimen, doctrina, cultus apparent vel immunia ab inhonesto, inordinato, indigno, vel positive sancta esse ostendi possunt. Ergo.

Regimen et cultus Ecclesia Catholicae nil natura humana vel Deo indignum continent, sed sapientissime instituta sunt atque adeo correspondent exigentiae naturae humanae. Id quod adeo verum est, ut vel ipsi coetus catholici imitentur Ecclesiam in organisatione et cultu. - Ipsa Ecclesia vult suos ministros esse sanctos (D 880; CIC 124-144), et defacto plurimi ex ipsis, papae, episcopi, sacerdotes sunt relati inter sanctos.

Clarius sanctitas apparet in doctrina, quae est doctrina Christi. De hac cf tract. de Christo Legato Divino.(Aug.de mor.Eccl. I 30,63).

II. Ecclesia sancta f r u c t i b u s

1) Sanctitate personali membrorum, quae manifestatur in vita christianorum, et quidem

a) In genere. Ecclesiae asseclae ut tales omnes vitam agunt religiosam et moraliter bonam.

(1) Vitam religiosam: Cognitione, agnitione, cultu (oratione) veri unius Dei - sanctificatione septimi cuiusque diei et festorum - participatione sacrificii et convivii (s.Euch.), cuius effectus mirabiles sanctificantes praedicat tota Ecclesiae historia - cultu B.V.Mariae aliorumque sanctorum, tantopere conformi sensui humano, qui elevat mentes ad coelestia. - Estque haec vita religiosa intime connexa cum vita morali, cui praebet motiva et auxilia.

(2) Vita moralis. Ecclesia inculcat, fideles observant legem naturalem (decalogum), satisfaciunt officiis erga proximum in vita politica, sociali, familiari. Ecclesia mitigavit sortem servi, elevavit condicionem mulieris, providit infanti, introduxit caritatem universalem, quae sese extendit praecipue ad indigentes, aegrotos, captivos, mortuos, detentos in purgatorio. - Testimonia abundant inde ab initio Ecclesiae per omnes Ecclesiae periodos usque ad nostra tempora. Attende ad plurimas associationes, congregationes, sodalitia caritativa, quibus praesertim aetas media erat uberrima. Medium efficaciae extraordinariae est sacramentum poenitentiae, iudicium simul et condonatio, correctio et liberatio, tutela vitae socialis et familiaris.

Ex altera parte Ecclesia punit delicta graviora poenis suis ecclesiasticis (CIC 2350-2359).

Neque ullo umquam tempore Ecclesia indiguit reformatore externo, quia in se habet, quibus possit mederi omni relaxatione et defectioni. Media non desunt; deficiunt quandoque qui ea sibi vel aliis applicent.

Haec Ecclesiae sanctitas vel eo clarius appareret, si comparatur cum moribus aliarum religionum, eg ethnicarum, vel etiam cum aliis coetibus christianis. In quibus tamen comparationibus attendendum erit ad valorem statisticae artis quae dicitur.

b) In specie

(1) Ordines et congregationes religiosae. - Exsistant in Ecclesia catholica non sola praecepta sed etiam consilia. Quae sequuntur plurimi, sive "in mundo" viventes sive in communitatibus religiosis. Hi omnes, maxime vero illi, qui profitentur vitam secundum haec consilia, ostendunt Ecclesiae sanctitatem. Nos de ordinibus agemus, de quibus cf. CIC 487ss;

Finis principalis eorum est servitium Dei et hinc sanctificatio propria. Finis secundarius, maxime varius, specificat singulos ordines. - Media principalia et propria sunt vota, quibus se

quis adstringit ad consilia sequenda, tria vel plura. - Formae sunt variae: "virgines et ascetae" temporis primitivi - eremitae - coenobitae - monachi - canonici - medicantes - regulares etc. Finis specialis est varius: contemplativus vel activus, scil. cura animarum, opera misericordiae in orphanotrophiis, scholis omnis generis, hospitiis, nosocomiis, missionibus.

Fructus semper erant uberrimi: plurimi iique celeberrimi sancti, qui Ecclesiae profuerunt bono suo exemplo, operibus suis apostolicis et caritativis. -

Plurimae quidem efferunt obiectiones contra haec instituta, scil. (1) originis esse ethnicae. - Resp. Ng factum: Nullum argumentum historicum proferri potest efficax et excludens originem christianam. Dein: sequitur ex parallelis allatis ab adversariis, talia instituta corresponde-re naturae humanae.

(2) introduci ideam, perfectionis duplicis. - Resp. Ng supp. Non perfectio est duplex, nec ipsa media principalia, sed applicatio mediorum quae omnibus patent. Neque umquam monachus ut talis sanctus dicitur.

(3) vota contradicere libertati christianae. - Resp. Volenti non fit iniuria.

(4) fuisse claustra per saepe foca pigritiae, fanatismi, immunditiae. - Resp. Hoc per accidens, ex defectibilitate humanae naturae, accidere potest et accidit: conc. Sed nego, hocesse ordini qua tali proprium. Ecclesia potest sicut eri-

gere et confirmare, ita etiam supprimere ordines religiosos idque fecit identidem.

Ceterum, cur nunc protestantes imitantur hac in re Ecclesiam? -

(2) S a n c t i et m a r t y r e s. -

Argumentum peremptorium sanctitatis Ecclesiae sunt eius "sancti", qui ab ipsa venerationi fidelium proponuntur. Postulat enim Ecclesia sanctitatem i.e. virtutem heroicam, vel actum heroicum martyrii, ut suis sanctorum albo adscribatur.

(a) Sancti

Materiam amplissimam suppeditant Acta sanctorum (ed Bollandistae), Bendictus XIV, de beatificatione et canonisatione; CIC 1999-2141. Ottiger II 973ss exhibet catalogum sanctorum, qui sollemni iudicio Ecclesiae canonisati sunt.

(b) Martyres. - Cf. P. 253; Cp 171; Ottiger, I, 877ss; Wilmers, 536.

Martyres sunt illi, qui professionem fidei catholicae sanguine suo et morte confirmant. Supponit igitur martyrium tria: (1) veritatem christianam, pro qua (2) mors infligitur a persecutore, sive formaliter ob odium religionis christianae sive propter scelera ficta et falsa martyri adscripta; quae poena et mors (3) patienter toleratur propter Christum.

Martyrum numerus est ingens, ex omnibus Ecclesiae periodis inde a tempore antiquo usque ad nostra tempora. Saeculo 19o numerantur plures quam 100 000, qui pro religione catholica mortui sunt, nostro saeculo 20o iam plura decena millia in persecutione Sinensi (1900), Russiaca, Mexicana.

Martyres dein sunt ex omni vitae condicione, infantes, iuvenes, virgines, matrones, senes, nobiles et ex gente inculta, ditissimi et pauperes.

Tormenta sunt maxime varia, inauditae saepe crudelitatis (eg episcopi Sinensis Mgr Hamer 1900) per longius tempus protracta et iterata.

Demum generatim defectio a fide liberabat ab hisce tormentis.

Attamen plurimi manserunt fideles, tolerarunt patienter atque adeo hilares tot cruciatus et ipsam mortem ignominiosam, imo ardebant desiderio martyrii, haereditario fere in familiis christianis. -

Ex quibus patet vis argumenti, scil. virtus ista, quae superabat in tot hominibus tot cruciatus, non est naturalis et mere humana. Ergo requiritur auxilium aliquod speciale Dei, miraculum morale.

N o t a. Ergo argumentum non nititur in singulis martyriis - quamvis non negemus etiam ex aliquo martyrio particulari posse aliquando argumentum efficax fieri - ,sed ex

martyrio tamquam signo Ecclesiae proprio . - Accedunt saepe miracula ordinis physici, quae si probantur, constituunt argumentum independens.

Difficultas huius argumenti in eo est quod (Ottiger I 887)

(a) difficulter constat, quod praestare valeant vires naturales hominis, quid fanatismus, apathia (Stoicorum), stupiditas et insensibilitas (eg gentium incultarum);

(b) aliae religiones gloriantur de martyribus suis: protestantes, etc.

In his casibus videndum est, quid martyrio testati sint, cur martyres facti, quomodo passi sint. -

Certo constat, testimonium martyrum fuisse efficacissimum tum intra Ecclesiam, quo scil. zelus accenderetur, tum extra Ecclesiam, quo nova sibi acquireret membra. "Semen est sanguis christianorum" (Tert. Apol. 50).

2. Accedunt charismata divina, gratiae gratis datae, miracula omnis generis, physica, intellectualia, moralia, historice probata, crebra inde a tempore apostolorum usque ad nos. Cf. Wilmers 633ff; Ottiger II 975ss; Straub, de Eccl. Christi II 733ss; Actsu processuum beatificationis et canonizationis, etc etc -

Urget difficultas maxima contra ea, quae de sanctitate Ecclesiae diximus scil.:

Sanctitas invenitur etiam in aliis coetibus christianis atque etiam in religionibus non-christianis, monotheisticis et polytheisticis. Ergo nequit esse signum verae Ecclesiae Christi. Ad summum differentia est secundum gradum, non vero secundum essentiam.

RESP.: (1) Quoad factum.
Concedi debet, esse sanctitatem i.e. vitam religiosam et moralem etiam in aliis coetibus christianis: fides viva, amor Christi, caritas proximi etc. Sunt, qui bene vivere dicendi sunt, multi. - Porro inveniuntur inter eos martyres, qui ut christiani passi sunt patienter mortem pro Christo (non pro haeresi ut tali). - Porro nil obstat, quomodo miracula fiant eg. in Ecclesia orthodoxa invocatione B.V.Mariae.

(2) Explicatio.
(a) Ratio ultima et suprema est voluntas salvifica universalis Dei, qua omnibus hominibus media praestat quibus se salvent, et gratias distribuit.
(b) Altera ratio, quae tamen cohaeret cum priore, est ipsa indoles mediorum, quae Ecclesiae concredita sunt. Scil. plura ex his sunt media obiectiva, quae non simpliciter pendent in fieri et agere a voluntate Ecclesiae. Ita ss sacrificium missae, ita sacramenta (exc. poenitentiae sacramento). Haec media igitur et-

iam extra Ecclesiam efficaciam retinent; baptismus (impletis condicionibus) ab omnibus confertur; matrimonium validum inter baptizatos est sacramentum; alia sacramenta a ministri valide ordinatis conferri possunt eg a sacerdotibus schismaticis. Ita participant illi, qui sunt extra Ecclesiam, in bonis ipsi Ecclesiae proprie datis. Sed omnia media et omnes gratiae data sunt et dantur respectu Ecclesiae (cf. De Ecclesia II n. 956s).

Ex qua consideratione apparet

(1) posse esse vitam bonam et honestam, exercitium virtutum extra Ecclesiam, etiam apud acatholicos. Ex his autem plurimi accedunt ad ipsas portas Ecclesiae: "convertuntur".

(2) sanctitatem non posse esse eiusdem perfectionis, intensitatis, universalitatis ac in Ecclesia catholica, quia dseunt plura media sive in doctrina sive in mediis gratiae.

Ita Protestantes reiecerunt partim doctrinam Christi, coniunctionem cum centro unitatis, sacrificium et plura sacramenta. - Secundum sua principia nequeunt magni facere "opera bona" i. e. vitam bonam sec. praecepta Dei; respuunt consilia. Utique in multis ab Ecclesia didicerunt: Gaudent biographiis ne dicam hagiographia, associationibus religiosis caritativis et missionariis (diaconissis) cultu externo; utuntur argumento ex fructibus quo demonstrent veritatem Ecclesiae suae etc. - Ita indirecte agnoscunt Ecclesiam catholicam; imo aliquando directe con-

fitentur, hanc sola sua exsistentia confortare orthodoxiam. -

Ecclesia vero catholica sibi constat. Secundum finem suum, ex principiis quae profitetur, per media quae applicat, fructus profert uberrimos sanctitatis christianae,+non solum sparsim et raro, sed semper et ubique plurimis in hominibus, in multis vero extraordinarios.

+heroicae,

Ergo si haec sanctitas vitae omnino est signum, convenit eminenter Ecclesiae catholicae, aliis vero coetibus christianis, in quantum aliquatenus participant in bonis Ecclesiae catholicae, cui data sunt per Iesum Christum, qui est caput vivum Ecclesiae et vivificans.

APPENDIX. F r u c t u s n a t u r a l e s

Intelleguntur fere fructus illi qui sub nomine "culturae" veniunt. Agemus autem de sola cultura (materiali et) spirituali, nam de religiosa et morali iam actum est.

Cultura materialis complectitur commoditates vitae - divitias - potentiam, et omnia quae his inserviunt: agriculturam, industriam, commercium etc.

Cultura spiritualis respicit scientias et artes et est cultura proprie talis.

Principium: Haec omnia per se non possunt constituere signum verae Ecclesiae.

Nam possunt deesse et saepissime desunt; possunt adesse in coetibus non-catholicis et non-christianis maiore gradu, et ita saepe est.

Exempla: Populo israelitico promissa erant bona temporalia - hodieque judaei gaudent divitiis immensis - Hiberni catholici per saecula oppressi, omni fere proprietate orbati, coacti sunt ad emigrandum e terra patria. - Silesia partim catholica, Saxonia lutherana, Bavaria catholica florent industria et commercio. Eadem natio pro temporum et condicionum varietate divitiis vel potentia pollet vel deiicitur.

Ex altera parte omnino verum est, Ecclesiam fovisse scientias inde ab antiquitate (scholae Alexandrina, Antiochena, Edessena etc), fuisse magistram gentium (eg germanarum) per ordines suos (eg. St Bendicti), bibliothecas, universitates, etc. Utique obiectum principale doctrinae et studii erat depositum fidei sanctum et integrum conservandum.

Ecclesia protexit artes modo magnificentissimo. Neque hoc casu factum est. Nam Ecclesia sponte sua adducitur ut veritatem divinam omni quo potest modo praedicet, explicet, celebret, ut cultum divinum, praesertim augustissimi sacramenti s.Eucharistiae, omni qua potest pompa et omni splendore peragat.. Ex altera parte ideae, quas praebet, sublimes et aeternae, artifices provocant et inspirant ad optimum quodque artis opus perficiendum. -

Haec omnia autem, licet bona sint et animos hominum attrahant, tamen non sunt nisi vestibula quaedam, per quae aditus fit ad ipsum sanctuarium Ecclesiae. Quae si quando destruerentur, Ecclesiae ipsi nil detraherent veritatis et pulchritudinis eiusque divitias divinas neutiquam diminuerent. Est enim societas religiosa ut talis curat bona religiosa, doctrinam et cultum; ut talis etiam est signum levatum in nationes atque per se ipsa magnum et perpetuum motivum credibilitatis et divinae suae legationis testimonium irrefragabile.

210.2
V 239
16953
VALKENBURG
AUTHOR
Conspectus Thesium Theologiae
TITLE
Fundamentalis

DATE LOANED	BORROWER'S NAME	ROOM NUMBER
	Zahnder FEB 20	
	Shehan	
	Historians	
	STORAGE - CBPL	

16953